mamus novitatem gratie que confertur per christum
ut in novitate ambulemus secundum quod precipit
sic apostolus Renovamini spiritu mentis
vestre propter quod alibi dicit Expurgate vetus
fermentum ut sitis no. c. sicut e. a. Itaque epu-
lemur non in fer. ve. neque in fer. ma. et ne. sed
in azi. sin. et ve. Quarta utilis renovatio
que in templis idolorum. Antiquitus enim in-
veteraverant homines in peccatis ut etiam
mutaverunt gloriam incorruptibilis hominis
et volucrum et quadrupedum et serpentium.
Sed christus adveniens perdidit ydolatriam
secundum illud propheticum Elevabitur dominus solus
in die illa et ydola penitus conterentur.
In illa die proiciet homo ydola argenti
sui et simulacra auri sui que fecerat
sibi ut adoraret talpas. Veniens autem
pax nostra fecit utraque unum et medium parie-
tem inimicitie solvens abstulit cerimoni-
as a iudeis et ydolatriam a gentilibus
ut duos condat in semetipso duos
parietes in lapide angulari in uno novo
homine faciens pacem inter ipsos et deum.
Venit quidem propheta magnus et ipse renovabit
nos. De renovatione miraculorum in quo scriptum est
In nova signa et innova mirabilia. Signa
sunt sacramenta, mirabilia sunt prodigia.
Signa quidem id est sacramenta dominus innovavit
et mirabilia id est prodigia immutavit. Illa
primus adam fuit factus de virgine terra. Secundus

Adam fuit factus de virgine femina.
Primus adam fuit factus de virgine terra.
Secundus adam fuit vir in ipsa conceptione
sicut propheta predixerat Novum faciet dominus
super terram femina circumdabit virum. Ex
viri de latere primi adam dormientis
formata est eva. De latere secundi adam mo-
rientis formata est ecclesia. Per prothoplastum
et eva fuerunt duo in carne una. Per
christum et ecclesia fuerunt duo in corpore uno. Isti
duo in una natura. Isti duo in una persona.
Quarta utilis renovatio per quam ceci
vident, claudi ambulant, leprosi
mundantur, surdi audiunt, mortui resur-
gunt, pauperes evangelizantur. Venit
quidem propheta magnus et ipse renovabit
nos. De renovatione mandatorum in quo
propheta Ecce dies veniunt dicit dominus et
consummabo testamentum novum super domum
israel et super domum iuda. Non secundum testa-
mentum quod feci patribus eorum in die qua
apprehendi manum eorum ut educerem
eos de terra egipti sed dabo leges meas
in mentes eorum et in corda eorum superscribam
eas. Lex quippe vetus scripta fuit in
lapideis tabulis, lex autem nova
in tabulis cordis. Illa dabatur duris
ista devotis. Illa incredulis ista fide-
libus. Precepta dominus in quo renovavit mandatum
novum do vobis ut diligatis invicem sicut
dilexi vos. Audistis quod dictum est antiquis
Diliges proximum tuum et odio habebis
inimicum tuum. Ego autem dico vobis
Diligite inimicos vestros. Benefacite hiis
qui oderunt vos. Et orate pro persequen-
tibus vos et calumpniantibus vos. Quinta utilis
renovatio pene in ira mitigatur in
gratiam. Lex quippe vetus reddebat oculum
pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu.
Lex nova precipit Si quis percusserit te in
una maxilla prebe ei et alteram. Si quis
abstulerit tibi tunicam da ei et pallium.
Si angariaverit te mille passibus vade

cum eo alia duo. Lex enim per moysen
data est. gratia et veritas per ihesum xpm facta
est. Venit ergo propheta magnus et reno
uauit ierusalem. Cum autem venit filius
hominis in maiestate sua tunc ierusalem et
etiam perfectissime renouauit sicut iohannes
in Apocalipsi testatur. Vidi ciuitatem sanctam
ierusalem nouam descen. etc. ideo pa. spo.
or. m. s. et dixit qui sedebat in
throno Ecce noua facio omnia

Qvm audisset Dnica 2a adventus
iohannes in vinculis opera xpi
mittens duos de discipulis
suis ait illis. Tu es qui venturus
es an alium expectamus. Quoniam
fortasse videtur quod iohannes baptista qui
xpm predixit venturum et ondit digito dicens
Ecce iste agnus dei ecce qui tollit
peccata mundi. Hic est de quo dixi
vobis. Veniet fortior me post me
cuius non sum dignus corrigiam cal
ciamenti soluere. Nunc quasi dubitans
per discipulos suos querit. Tu es qui
venturus es an alium expectamus. Propter
quam dubitationem quidam errauerunt
dicentes iohannem esse dampnatum
quia quod primo credidit postea dubi
tauit. Cum quod ipse xpus eundem
istum commendauit dicens Quid existis
videre prophetam. videre. Etiam dico
vobis et plus quam prophetam. Et alibi
Inter natos mulierum non surrexit maior
iohanne baptista. Tenendum est nobis
qualiter locum istum sane intelligere debeamus.
Sane locus iste aliquibus patribus duobus
modis invenitur expositus. videlicet
de aduentu in mundum qui tunc erat
preteritus. et de aduentu ad infernum
qui tunc erat futurus. Iuxta primam
expositionem non dubitauit iohannes sed
dubitauerunt discipuli. Unde discipuli
non pro iohanne sed pro se interrogauerunt. Tu es
An alium expectamus. Non dixit

an alium iohannes expectat. sed an alium
expectamus. quia non iohannes dubitauit
sed nos dubitamus. Alius tamen econtra
testatur quod cum venisset ad eum viri dixerunt
Iohannes baptista misit nos ad te dicens
Tu es qui venturus es an alium expectamus
ut videlicet plenius videret in interrogatoi
que fieret extra magistri. Est ergo sensus
Cum iohannes in vinculis positus audisset
per discipulos referentes opera et miracula
xpi dubitantibus ad que illis misit
eos iohannes ad xpm ut ab ipso viderent
et audirent. Iuxta secundam autem expositionem
non solum dubitauerunt discipuli sed du
bitauit iohannes. utrum videlicet xpus per
se an per alium esset ad inferos descen
surus. Et ideo mittens duos de discipulis
suis ait illi. Tu es qui venturus es
an alium expectamus. quasi diceret. Sicut nas
cendo preueniens venimus preuia te
venis in mundo. ita moriendo preueniens
mortuus premittiabo te mortuus in
inferno. Pono contra primam expo
sitionem videtur facere quod hic dicitur. Tu es
qui venturus es. et non dicitur. Tu es
qui venturus fuisti. tamen nec iohannes nec
discipuli dubitauerunt quod iohannes
venisset in mundum. quem viderunt et
audierunt tot miracula facere. Scie
bat ergo quod iam venerat. quod dubi
tabat. an esset venturus. Contra secundam
autem expositionem videtur facere quod xpus hic
primum tamen adiecit signa que
mouebus mentis. ceci vident. claudi
ambulant. leprosi mundantur et cetera. Possimus
ergo sic beati locum istum aliter intelligere
non eo quidem modo. sed sano ut et
verba conueniant et sacramenta concor
dent. quod basis sit sub columpna et
rota contineatur in rota. Dicamus ergo quod
locus iste de aduentu ad iudicium in
telligitur. de quo sine dubitauit ipse iohannes

sive quod est tumens opinionem discipuli
dubitantes. mittens duos de discipulis
suis ait illi Tu es qui venturus es
an alium expectamus q. d. Indica nobis
si quemadmodum per te ipsum venisti in mundum
ad redempcionem ita sic per te ipsum venturus
es in iudicium ad retribucionem. an alium ex
pectamus venturum. Respondens autem Ihesus
ait illis Euntes renunciate Iohanni
que audistis et vidistis q. d. Que
audistis in lege predicata. ecce vidistis
in ewangelio completa. In lege quippe per prophetam
predictum Ecce deus ultionem addu
cet retribucionis. deus ipse veniet et
salvabit nos. Tunc aperientur oculi cecorum
et aures surdorum patebunt. Tunc
saliet sicut cervus claudus et aperta
erit lingua mutorum. Hec ipsum in ewangelio
per me vidistis impleta. quia ceci
vident claudi ambulant. surdi au
diunt muti locuntur etc. Ego ego
venturus sum ad iudicium retributor
qui veni in mundum salvator de quo
propheta predixit Ecce deus in ulcionem
adducet retribucionem. deus ipse veniet
et salvabit nos. et quod ecce hic debetis
quia signa que audistis a prophetis
predicta. ecce per me vidistis completa. plu
res hic scita quam ibi dicta. quia et
leprosi mundati sunt et mortui suscitati
Quam eciam ut alius ewangelista testatur
in illa hora curavit multos a langu
oribus et plagis et spiritibus
malis Quid umquam expressius de
adventu per Christi potuit propheticum
Erubescat ergo iudeus qui mentitur
messiam nondum in mundum venisse et
nec esse dicunt. cum hic expresse dicatur
Deus ipse veniet et salvabit nos
et constat illum venisse cuius adventus
signa iam tenuntur impleta. Ecce
ceci vident. leprosi mundantur. Surdi
audiunt. Mortui resurgunt. Pauperes

ewangelizantur. Et beatus qui non fuerit
scandalizatus in me. Cottidie Christus
agit miracula spiritualiter faciebat. Ista
illuminat cecos cum ignorantes edocet
veram fidem. Erigit claudos cum ne
gligentes ad bona operacionem excitat
Emundat leprosos cum [illegible] cum
tacentes ad laudem divinam incitat
Evangelizat pauperibus cum humilibus
ewangelicam veritatem revelat. Susci
tat mortuos cum peccatores ad penitenciam
fructuosam perducit. Ceci sunt de quibus
legitur. Sinite Ceci sunt duces cecorum
Si cecus ceco ducatum prebeat ambo in foveam
cadunt. Surdi sunt qui preceptis divinis
obedire contempnunt de quibus dicitur
Sicut aspidis surde et obturantis
aures suas que non exau. vocem incan
tantis et veneno quod in ea [illegible] Muti sunt
qui tacent a laude divina. Item per
legitur. Claudi sunt claudicantes in duas
partes. Si dominus deus est sequimini
eum. Leprosi sunt qui heretica pravitate
sacram scripturam corrumpunt. Quoniam quippe
leprosi aliqua est plana. aliqua e
inflata. aliqua rubicunda. aliqua
est integra et aliqua rugosa. Sic
et hereticorum doctrina. aliqua est vera
aliqua falsa. aliqua sana et aliqua
prava. aliqua est aperta et aliqua
obscura quia nisi falsis vera miscerent
non lupum agno velarent non angelus
sathane transfiguraret se in angelum
lucis. procul dubio non seducerent simplices
innocentes quia de perversitate [illegible]
[illegible]
ergo cum sint lupi rapaces et in
aureo calice [illegible]
venenum propinant. Mortui vero sunt
qui iacent in mortalibus culpis. Prima
[illegible] Sicut puella que
mortua iacebat in domo patris

cogitationis ad hoc latet in corde. Sicut
cum adolescente qui efferebatur mortuus
extra portam civitatis filius unicus matris
suae iam perdit ex ore. Sicut cum lazaro qui
fetebat quatriduanus in monumento qui peccatum
operationis in consuetudine fetebat. Sed hos
omnes languores ille curat et sanat
de quo evangelium testatur: Omnes qui habebant
infirmos variis languoribus ducebant ad
ihesum et curabantur omnes. Maiora sunt
ista miracula quae nunc fiunt spiritualiter
quam illa corporaliter tunc fiebant. Alia
plus etiam curari quam corpus cum
et anima sanari non possit nisi consentiat,
corpus autem possit sine consensu sa-
nari. Quod et pharisaei cognovisse vi-
dentur: est hic qui peccata etiam dimittit,
quasi qui non solum corpora sanat sed
animas. Illud autem non esse ignorandum
quia pauperes evangelizantur. Dicit ut hiis
advenisse monstretur qui de se dixit per
prophetam: Spiritus domini super me, evangelizare
pauperibus misit me. In quo non solum
magnae benignitatis commendatur qui
non contempnebat inopes et abiectos
vel discipulorum vocare, humilitas quia tales
erant, id est humiles corde, ut doctrinam me-
rentur accipere salutarem iuxta quod ipsa
veritas ait: Confitebor tibi domine pa-
ter caeli et terrae quia abscondisti haec a sapi-
entibus et prudentibus et revelasti
ea parvulis. Pauperes ergo non solum cen-
su sed spiritu evangelizantur, id est ut
illos evangelica constituat non quidem pote-
ntes et sapientes in saeculo sed humiles et
abiectos. Quia infirma mundi elegit deus
ut fortia quaeque confundat, ne forte
viderent homines quod evangelica doctrina per
sapientiam hominum mundi fuisset inventa
vel potentia hominum fuisset propagata. Et
beatus est qui non fuerit scandalizatus
in me. Apostolus ait: Praedicamus ihesum
christum et hunc crucifixum, iudaeis quidem

scandalum, gentibus autem stultitiam.
Scandalum enim reputabant gentiles philosophi
quod unus et idem crederetur esse deus
et homo, mortalis et immortalis, simplex
et compositus, eternus et temporalis. Sed
stultam fecit deus sapientiam huius saeculi
quod ipse per dispensationem per prophetam: Perdam sa-
pientiam sapientum et prudentiam prudentum
reprobabo. Qui arguunt ac dicunt
non spiritualibus sacramentis. Et iudei mor-
tem esse illam summam poenam qua asserimus
quod ex asse non possunt negare. Iudei vero
usque hodie scandalizantur cum audiunt
quod deus sit scandalizatus, flagellatus,
crucifixus et mortuus. Dedignantur
audire quod deus indigna pertulit, cum
deceat a nobis dignius venerari quod ipsi
indigna omnia pro nobis dignatus est
sustinere. Hic est ergo lapis offensionis
et petra scandali positus in ruinam
et in resurrectionem multorum. Super quem
ceciderit lapis iste conteret eum. Ihesus
christus dominus noster qui est super omnia deus benedictus
in saecula saeculorum amen. de epistola que de dominica adventus

Gaudete in domino semper, iterum dico
gaudete. Modestia vestra
nota sit omnibus hominibus. Dominus
prope est. Ratio siue redemptionis ad-
ventum quem antiqui fideles cum ingenti
desiderio exspectaverunt promissum, nos ce-
lebramus exhibitum. Alia lex per moisen
data est, gratia et veritas per ihesum christum
facta est. Gaudium vero cordis tam ore
quam opere debemus exprimere, sed modes-
te, propter quod dicit apostolus: Gaudete in domino
semper etc. Docet igitur in quo debemus gaude-
re cum dicit in domino, quia dum vadit semper
qualiter, cum dicit: Modestia vestra nota sit
omnibus hominibus. Dominus prope est. Ac si diceret
modeste. Quare? cum dicit: Dominus prope est.
Notate singula diligenter quia nihil
est in eis quod suave non redoleat in-
tellectum. Ergo gaudete in domino semper. Nostis

ut credimus quia sepe vidistis quod
romanus pontifex tam in xl quam
etiam in adventu amissis quam munitas
non utitur nisi tantum in illa mediana dominica
quadragesime quam tantum admittit letare
iherusalem et conventum facite omnes qui dili-
gitis eam. item in mediana dominica in
adventu quam tantum adhibitum gau-
dete in domino semper etc utriusque officiummi
gaudium et exultatio communicat leticiis
et iocunditate inducat. Cum ici tam
et in iustum tempus nobis ad presens pre-
mittimus assignare quam nos ipsum memini
assignasse. Sed gaudete in domino semper etc
Quattuor sunt naturales affectus mentis dolor
et gaudium. timor et spes. Desinito
dolor et timor de malo. Gaudium et
et spes de bono. Attende quomodo ista quatuor
sibi in mente colligantur. Nam prima duo
sunt de presenti. duo ultima de futuro. primum
et tercium sunt de malo. secundum et quartum
de bono. Sic metuunt. cupiunt. gau-
dentque. dolentque. Iste due mole sunt
superior et inferior. inter quas moli dicitur
anima christiana. de quibus in lege precipi-
tur. Non accipietis loco pignoris superiorem vel
inferiorem molam. Inter gaudium siquidem
et dolorem tamquam inter duas molas in hac
mortali vita versari debemus. ut videlicet dolor
temperet gaudium ne dissolvamur. gaudium
vero timorem ne confundamur. Nimius enim
dolor inmoderatus mentem confundit. Nimium
enim gaudium inmoderatum similiter et co-
timium mentem dissolvit. propter quod dicit
Intepone tuis interdum gaudia curis
Quod caret alterna requie durabile non est.
Audi nimium gaudium quomodo dissolvit. Cy-
thara lyra et tympanum et vinum et con-
vivijs vestris. Ecce gaudium et leticia
occidere vitulos. iugulare arietes comedere
comedere carnes et bibere vinum. Comedamus
et bibamus cras enim moriemur. Au-
di dolorem nimium quomodo confundit. Omnes
manus dissolventur et omne cor hominis
contabescet. Rortones et dolores
tenebunt quasi parturientes dole-
bunt. Inter has igitur molas versari
nos docet apostolus. Gaudere cum gau-
dentibus flere cum flentibus. Et alibi
idem ait. In die bonorum ne inmemor
sis malorum. Cum igitur aliqua prosperitas
nobis evenit. providendum est nobis
ne dissoluti nimium gaudeamus. memor-
es semper eius quod legitur. Extrema gaudij luctus
miscebitur et extrema gaudij luctus
occupat. Recordare ille qui dicebat
Versa est in luctum cythara mea et
organum meum in vocem flentium. Et ideo cum dixisset
apostolus Gaudete in domino semper admonuit
modestia vestra nota sit omnibus hominibus
ac si diceret. Exultate cum modestia
letamini cum mensura et ipsa sit nota
omnibus. ut videntes opera vestra bona glo-
rificent patrem vestrum qui in celis est. ut certum certum
tangat et qui audit dicat veni.
Similiter cum aliqua nobis contingit
adversitas providendum est nobis ne
confusi nimium doleamus. memores
eius semper quod dicitur. Ad vesperum demora-
bitur fletus et ad matutinum leticia. quia post tempes-
tatem tranquillum facit. Recordetur
ille qui dixit. Convertisti planctum
meum in gaudium mihi etc. Nam gratia
superveniet quam non sperabit homo. Itaque
inter spem et timorem tamquam inter
duas molas versari debemus. ut videlicet
timor temperet spem ne presumamus. spes
vero timorem ne desperemus. Inter
utramque vola. medio tutissimus ibis.
Ex nimio timore desperavit ille qui
dixit Maior est iniquitas mea
quam ut veniam merear. Ex nimia
vero spe presumpsit ille qui dixit

In corde suo non requiescit deus. Ergo gaudete in domino semper. Quicquid boni feceritis cum exhilaritate cordis cum corporis leticia faciatis. Non ex tristicia neque ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit deus. Et super omnia vultus attestetur boni. Unde psalmigraphus ait: Delectare in domino et dabit tibi petitiones cordis tui. Porro cum dolor et gaudium sint contraria, sed semper gaudendum est, nisi quod monet apostolus: Gaudete in domino semper. Nunquam ergo dolendum, cum contraria simul esse non possunt. Unde est quod dicit psalmista: Pauper et dolens ego sum et salus tua deus suscepit me. Et quod dominus ait: Beati qui fletis quia ridebitis. Gaudere de uno et dolere de alio non sunt contraria, et ideo simul possumus gaudere et dolere de bono et de malo, eciam eius quod dicitur: Gaudete in domino semper, non ad continuitatem actus sed ad continuitatem conformatur. Immo sicut de malo gaudio magno fletus sepe procedit, ita de magno fletu spe nascitur gaudium. Dum tamen anima de peccatis suis compungitur et torquetur, suspirat et plorat, continua accepta spe venie serenatur et illustratur, rotundatur et dilatatur, ut dicere valeat cum propheta: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolaciones tue letificaverunt animam meam. Erat enim non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum quasi ignis roris unde compungitur. Sicut omnis gloria filie regis ab intus, quia gloria vera hic est testimonium consciencie. Gaudeamus igitur non in hoc seculo sed semper in domino. Propter hoc alibi dicit apostolus: Qui gloriatur in domino glorietur. Idem quod monet psalmista: Gaudete iusti in domino, rectos decet collaudacio. Et alibi: Letabitur iustus in domino et sperabit in eo et laudabuntur omnes recti corde.

Mali quippe gaudent in seculo, boni vero gaudent in deo. Isti gaudent de spiritualibus et eternis, illi vero de carnalibus et mundanis. Isti de virtutibus, illi de viciis. De istis legitur: Exultabunt sancti in gloria, letabuntur in cubilibus suis, exultaciones dei in faucibus eorum et gladii ancipites in manibus eorum. De istis dicitur: Letantur cum male fecerint et exultant in rebus pessimis. Et gloriantur in malicia qui potens est in iniquitate. Verum istorum gaudium est perpetuum. Unde Christus: Petite et accipietis ut gaudium vestrum plenum sit, et gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Illorum autem gaudium momentaneum. Unde quod legitur: Tenent tympanum et cytharam et gaudent ad sonitum organi. Ducunt in bonis dies suos et in puncto ad inferna descendunt. Quot hodie tales sunt in mundo quos nullum tangit gaudium de spiritualibus et eternis, sed tantum de carnalibus et mundanis de[illegible]tibus. Erat ille qui dicebat, ut supra memoravimus: Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Sed attende quid dixit illi deus: Stulte, hac nocte repetent animam tuam a te. Que autem parasti cuius erunt? Dives enim ille qui epulabatur cottidie splendide sepultus est in inferno. Nos ergo fratres et filii gaudeamus non mundialiter in seculo sed in domino, in miseriis que spectant ad meritum vel ad premium, ad gloriam vel ad graciam, ad virtutem vel ad salutem. De hiis que spectant ad meritum gaudent apostoli, de quibus legitur: Ibant gaudentes a conspectu concilii quoniam digni habiti sunt pro nomine eius contumeliam pati. Sic Iacobus ammonet dicens: Omne gaudium existimate fratres mei cum in temptaciones varias incideritis. De hiis autem que spectant ad premium gaudebant illi quibus dicebat: Gaudete

Luce xii

indno et exultate q. m. n. te est
Unde ipsa dicebat Ego aut i dno
g. ga. m. d. i. m. psr dno gaudia
enim qd est demitis et altr qd
fit de pmijs repetit aplus dicens
Gaudete i d. s. itm d. gau. nl ppt
geminu gaudiu cordis et carnis
Deqno d. ps cor meu et cao mea
exul. i d. m. Exultat cor tu purga
abilliat desiderijs Exultat cao tn
mdat ab i iquis opibus qua no
est i pijs gaude. Dicit dns n. est
pax ossib meis a facie pctor meor
Gaudete g. fres i dno q dns ppe
est ppinqus fiue scdm adventu i car
nem Jux q le ppe est ut veniat
tpus eius et dies eius no elon
gabunt ppinqus sm adventu i morte
scdm q legi ppe est dns oibus in
vocantibus eum ppinqus scdm ad
ventu i morte quia breues dies
hois sut n. m. e. a. t. est. d. natus
demulie bin vivens tpe. re. nal. m
quiq. f. egr. e. q. e. fi. ne. vm. te
Preciosa e. ti. a. r. lxv. ii. m. d. a. or
fuc. m. ppinquus sm adventu adiu
dicu quia novissima hora e. & nos
sumus i quo fines seclor devenerut
Vigilate quia nescitis die neqz hora
Sicut eni fulgor exit ab oriente
et patet usqz ad occidente ita erit
adventus filius hois. qui qua hora
no putatis filius hominis veniet Et
quo gaudendu ergo q dns ppinqus
est nobis ad morte. usqz etia ad
iudiciu. mich no exultoz magis ti
mendus est. quia gaudendu. timendu
quidem. sed in hijs qui no diligunt
e gaudendu vn aplus dicebat Cupio
dissolui et esse cu xpo Et itern

Salvatore expectamus dnm ihm
xpm q re. cor. h. m. e. q. f. corpi
c. su. Ut ipe nos preire digne qui
est. s. o. d. b. i secla seclor Amen

Ego baptizo
vos aqua medius aut
vestru stetit qui baptizabit
vos spu sco et igne. hic qui post
me venturus qui ante me factus est
qui prior me erat. cuius no su dignus
corrigia calciamenti solue. Aplica
sedes que disponete dno mterce
fidelm mr est & magistra te
fuerit i hac mediana dnica de
adventu. sicut i media dnica xl
cui dat nome letare. Nona queda
i signia demrare no solu i offi
cio eccia ornatu Et nam con
tinet i inytitu letare. Iherlm et q. sa
v. q. d. e. hic cont i iutitu Gau
dete i dno. s. itm d. g. Et gestat
magnus pontifex curen flore ad
similitudine rose. Aut aut gerit
romanus potifex in pila et capula
ex uno genis ornata. illius fu
tone fic quit eadem hymne
fu roue modo dicam Hanc dixi
vobis si bn recolitis qd uni. fut
redeptois adventus quos etia ce
lebrat in qua dnicis de adventu
quor dno valde decent & dno
valde demulcet. Decient adventus
ad iudiciu & adventus ad morte
demulcet adventus i carne & ad
ventus i mente. Etenim no pns de
ventu ad mulceri debemus et p ca demulcen
pns attrari et postea q plari
mo q mich ps Scdm multitudiez
d. m. i cor m q. t. le. a. mea.
Qd ideo etia pns celebrat duos ad
ventus qui mlcent ut desecrata

nos tu°sseat ad leticia . et deuote nos tu°sseat ad amore. In p°ma g° dñica ultimus celebrat² aduentus et in ultima p°mus. scds i tcia t tuus i scda. q° p reuiu°ta que legu² i istis colligit² euident². P°a naq3 dñica le² illud eu°n°m. Erit signa i sole i luna et stellis p q° aduentus ad iudiciu declar². Scd° uo dñica le² illud eu°n°m de quo dit² ffm est uerbu dni sup iohez zachar° filiu i deserto. p q° i iuuit² aduentus in mente. In hac g° mediana dñica celebrat² aduentus i carne. De quo p°cipue gaude debem°. tum p°pt° re°ciliatone huani gnis. tum p°pt° sublimac°3 huane nature. Ad recociliatone huani gnis ptinet illud q° iohes bapta p°mittit Ego baptizo uos in aqua. medius aut uem stet que uos nescitis ipe baptisabit uos spu sco et igne. Ad sublimac°3 huane nre ptinet illud. qd' ipe bapta subiungit. Qui post me uenturus e ante me fcus e. cui° no su dignus cor. cal. sol. Idcirco monet nos aplus dicens Gaudete i dno ss p°pt° reconcilia°3 huani gnis. Itm dico gaudete p°pt° huane nre sublima°3 Ac si dicet manifestius. Gaudete ss i dno p°pt° reconcilia°3 huani gnis. Itm dico gaudete p°pt° sublimacom hue nre. Ait g° iohanes Ego baptiso uos i aqua. medius at uru stetit que uos nescitis ipe baptisabit uos spu sco et igne. sed i ali aqua nali et i igne spuali ut sic aqua extinguat igne sic ignis osumat aqua. Vtrq3 bapo. aqua mundat² cor dus ait. nisi quis renatus fuit

ex aqua et spu sco no intrabit in regnu dei. De isto iohes baptista testa². Baptisauit uos i s s i et igne. Sicut homo nasci² ex scda g°am nam sed de uio qua uir fecundat feiam ut cipiat. Ita scdm gram homo renascit² ex aqua. sed de spu. qua spus aqua sactificat ut purificet ala qd' natu est ex carne caro est. et q° nasci² ex spu spus est. hic ignis caritas e. de qua dns ait. Igne ueni mitte i terram. et quid uolo nisi q° ibi ardeat. Vtiq3 igne p°ga² anima q° ultas ait Dimissa sut ei pcca mlta. q. d. mlt. Caritas em opit multitudi°3 pccoz. Iohes g° baptisabat i aq naturali quia mudat carne extinus. xpus aut baptisabit igne spuali quia purgat i tinus t aqua de q°. Est aut t°plex bap°mus In aqua regnacois in lacrimis penitecois. et i sagne opassionis. De p°mo dns ait. Nisi qs renatus fuit ex aqua et s s. no i t i re. dei. De scdo p°s dic. Lauabo p singlas noc l. m. l. m. stra. m. r. De t°cio testa² iohes. Isti sut qui uenit ex magna tribu. et la. sto. s. i. sag. ag. Nullus aut istoz mdat nisi p spm scm ignem caritatis sint tales spus. Ita sine caritate bap°mus i aqua debz reputari figmtu Baptisus in lacrimis debz reputari lamentu. Baptismus i sagne debet reputari tormetu. Sicut igi² baptisat iohes s no baptisat in spu. sed i aqua. duabus ex causis. P°ma ut p°uersionis ordine adi plet. qua sicut p°uenit xpm nascedo et moriendo. ita p°uenit baptisando et pdicado. Scda ut p s. m. baptism assuescerent hoies ad bapm suscipiendu qua de simili ad sile peruenit². Natura ignis h est q° non

solu sensibilia s(ed) etiam insensibilia
calefacit. Et propter hanc causam iohannes
baptista xpi operat(ur) igni. quia baptismus
xpi non solum iam credentes purificat
sed etiam non dum credentes emundat
p(er)illorum errore confundunt(ur) illi qui dicunt
quod paruulis baptismus non prodest. volentes
per paruitatem credulitatis comprobare
dicit enim xpus apostolis Euntes in
mundum universum predicate euuangelium omni
creature. qui crediderit et baptizatus
fuerit saluus erit. qui uero non crediderit
condempnabitur. Paruulus ergo baptizatus
qui non credit condempnatur. preterea cum non
possit dimitti nisi per caritatem paruulus
igitur qui non diligit non potest per baptismum
a peccato mundari. Porro cum tres cetu
sunt dantes rectorum non attendentes quod
aliud est originale peccatum quod sine
consensu contrahitur, et aliud actuale
peccatum quod iniquia sine consensu committitur
Cum ergo paruuli non tenentur nisi origi
nali peccato sine omni consensu possunt
per eum baptismum ab illo peccato mundari
Absit enim ut hodie minoris efficacie
sit baptismus quam circumcisio olim
sicut olim de illa diuina lex cla
mabat. Masculus cuius preputii caro cir
cumcisa non fuerit peribit de populo suo. ita
modo de xpisto saluator stat in ewangelio
Nisi quis renatus fuerit ex aqua
et spiritu sancto non intrabit in regnum dei. Sicut ergo
circumcisionis misterium tam paruuli
quam adulti dampnationis periculum
euitabant. Ita modo per sacramentum
baptismi tam paruuli quam adulti
regnum celorum introitum assecuntur.
Auctoritates ergo predicte quibus heretici
abutuntur non loquuntur de paruulis
sed solummodo de adultis quod patet ex
eo quod paruuli non habent ...

peccatorum. nec paruulis ewangelium predicatur.
Audistis hactenus quod pertinet ad sub
limacionem saluacionem humanam generis
Audiatis amodo quod pertinet ad sub
limacionem humane nature. Qui post
me in tempore uenturus est ante me factus est
Ac si diceret. Qui michi succedit
tempore precedit me dignitate. quia qui
de celo uenit super omnes est. Hoc
loco quidam super sunt occasione erra
di. dicentes. sed mentientes quod uerbum est
angelus incarnatus. Unus uero de
maximis scriptoribus qui primo natura
humana in terra passus est. propter hoc
iacere propter angelos ut secundum apostolum
restauraret ea que in celis et in terris
sunt. Idem lapsum angelicum et casum
humanum reparaturus. quod tres tantum rationabiles
sunt. Una uidelicet angelica et humana. Ei
xpus autem non fuit factus cum iohannem
secundum naturam diuinam. neque secundum naturam humanam
restat igitur. xpus factus fuit ante iohannem
secundum naturam qui in principio temporis fuit cum
eo in mundo creatus. Ista racio est
ista tria. uidelicet angelus. mundus. et
tempus. Sunt autem non intelligentes
scripturam neque uirtutem dei. Cum enim
angelus non sit in inferis perfecto non
existit neque non ergo in celo simul est
et in terra. Unde ipse de quo dicitur
dicit. Nemo ascendit in celum nisi qui
de celo descendit. filius hominis qui est in celo. Non
est angelus. sed est deus. qui de
se dicit. Celum et terram ego impleo
et qui de se dicit ad patrem. Clarifica
me pater apud te metipsum claritate
quam habui priusquam mundus fieret. Ma
in principio erat uerbum et uerbum erat
apud deum et deus erat uerbum
Sicut uero uerbum factum est caro non in

est simplicitas sua. ita xpistus sanctus e
ante iohannem. ut tamen est simpl. sanctus
iohanni prelatus. quem admodum istud
ante. non de situ predecessionis temporis sed
excellencia dignitatis. sicut ipsemet
iohannes exponit. Ante me factus est quia prius e
quam post me erit. Alanus enim expo
altius quod apertius ondetur. tamen subditur.
Cuius non sum dignus corrigiam cal
ciamenti soluere. Calciata sit salvatoris
humilitas quatenus sublimitas recep
toris excelso loco ponenda maiestate la
licet iohannis existeret tamen magnus ut
crederetur ambos esse xpistus. ipse tamen re
putat se tam pauperem ut ad solue
dam corrigiam calciamenti eius estimet se
indignum. Ecce iste qui se exaltat
humiliabitur. et econverso. deus superbis resistit
humilibus autem dat graciam. ita omnis valle
implebitur et omnis mons et collis humilia
bitur. Excelsus dominus humilia respicit et
alta alonge cognoscit. Tamen sicut
tres persone sunt in una persona. videlicet
pater verbum et spiritus sanctus. ita tres sbe
sunt in una persona. videlicet deitas caro
et anima. que mystice designantur
per pedem calciamentum et caligam. ita sed
calciamentum velat pedem et caligam
ita caro deitatem velat et animam. Et
sicut pes calciamento coniungitur caliga
mediante sic deitas mediante anima
coniungitur carni. media autem est anima
inter deitatem et carnem. Non solum propter
... ita deitas ... [illegible]
simplex quam et tamen corpore ... et
tamen ... [illegible]
aut omnio ... corpus e
... et ... Illa
non omnino est simplex quia tamen
corpore ... ut divinitas et ...
... [illegible]
in corpus. De hoc calciamento dicit dominus

in psalmo. In ydumea extendam calciamentum
meum. i. in gentibus ondam incarnacionem
meam. Dominum est illud calciamento sed dominum
se corrigie. quam in xpisto multo sunt uniones
videlicet unio deitatis ad animam. Unde est
quod iohannes commemorat unam corrigiam
et non plures. salva non fidei maies
tate. sed hic modo iudicii probabiliter. quod
tamen calciamentum sit corpus assumptum
et due sunt corporis uniones. una
videlicet qua corpus coniungitur in unitate persone.
Sedque iohannes ad soluendam unam corrigiam
calciamenti asserit se indignum. Sed
desinamus scrutare scrutinium. quia ac
cedit homo ad cor altum et exaltabitur deus
sed in vestigator maiestatis opprimetur
a gloria. Supplicantes exorantes unigenitum
dei filium ihesum xpistum. quod de merito fidei
nos transferat ad primam speciem. Qui cum
patre et spiritu sancto vivit et regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.
in die natalis domini de ...

Verbum

caro factum est et habitavit in
nobis. Iuxta quem usum
loquendi multis modis accipitur verbum
quod de corde accipitur. verbum quod ore profertur
et verbum quod calamo scribitur. Corde quod
concipitur intellectus. ore profertur sonus.
calamo scribitur signum. Intellectus in mente
sonus in aere. signum in margine. Illa
ut spiritus est qui vivificat. caro enim
non prodest. Unquam de carnalibus ad
spiritualia transeamus. Est enim verbum humanum
et verbum divinum. Verbum humanum transit
prolatum. verbum divinum manet natum. De
illo dicit poeta. Evolat emissum semel ir
revocabile verbum. De isto dicit propheta. Exsic
catum est fenum et cecidit flos. verbum
autem domini manet in eternum. Verbum dei
patris est dei filius per quem ipse deus
et facta sunt omnia mandavit et creata
sunt. Illa omnia per ipsum facta sunt et sine
ipso factum est nichil. Verbo domini celi fir
mati sunt et spiritu oris eius omnis virtus eorum

Sicut enim per verbum exprimitur intellectus
ita per filium pater innotuit. Iuxta quod
ille dicat in ewangelio. Pater clarificaui te
super terram. Ego manifestaui nomen tuum
hominibus quos dedisti mihi de mundo. Propter quod
ipse filius dei sermo patris et verbum domini
nuncupatur. Scriptum est enim. Omnis ser-
mo tuus domine [illegible] et alibi. Est autem
verbum conceptum prolatum et scriptum. Con-
ceptum secundum natiuitatem diuinam. Prola-
tum secundum natiuitatem humanam. Scriptum vero
secundum natiuitatem gratuitam. Secundum natiui-
tatem diuinam conceptum de patre. Secundum na-
tiuitatem humanam natum ex matre. Secundum
natiuitatem gratuitam scriptum in mente. De
patre nascitur eternaliter. De matre temporaliter
et mente spiritualiter. Eternaliter concipitur de
diuinitatis archa. Temporaliter profertur de virginis
utero spiritualiter scribitur digito dei. De
verbo concepto secundum natiuitatem diuinam ex
patre dicit iohannes. In principio erat verbum etc.
De verbo prolato secundum natiuitatem humanam
de matre loquitur ysaias. Verbum misit dominus
in iacob et cecidit in israel. De verbo scripto
secundum naturam gratuitam in mente lucas
testatur. Factum est verbum domini super iohannem
filium zacharie in deserto. Est autem verbum
supernum. verbum internum. verbum externum.
Verbum supernum deus et caro. Verbum in-
ternum spiritus et vita. Verbum externum sermo
et gladius. Verbum deus secundum euangelistam testantem
quoniam in principio erat verbum et verbum erat apud
deum et deus erat verbum. Verbum caro secundum humanitatem
quia propter nos verbum caro factum est et habitauit
in nobis. Verbum spiritus intelligentibus. Verbum
vita credentibus. Vnde verba que lo-
cutus sum vobis spiritus et vita sunt.
Verbum sermo in virtutibus propagandis.
Verbum semen est verbum dei. Tunc fit
verbum caro. fit panis. fit caro per
confusionem homo fit caro per coniunctionem
personalem per commixtionem carnalem.

Permixtione carnale. De primo dicitur
verbum caro factum est et habitauit in nobis.
De secundo legitur. Panis quem ego dabo
caro mea est pro mundi vita. De tercio
iam non sunt duo sed una caro.
Ratione carnis quandoque designatur
natura. quandoque persona. quandoque fragili-
tas. quandoque carnalitas. Natura ut
dicitur. Alia est caro piscium alia volu-
crum alia iumentorum. Persona est ut
videbit omnis caro salutare dei mei.
Fragilitas ut ibi dicitur. Non permanebit
spiritus meus in homine in eternum quia caro
est. Carnalitas ut ibi dicitur. Caro et sanguis
regnum dei non possidebunt. Cum igitur
verbum dicitur caro factum nomine carnis in-
telligitur vel natura vel humanitas. Verbum
enim caro factum est id est deus incarnatus
est quia filius est de semine dauid
secundum carnem. Sed [illegible] illa
que dicitur. Cum homo sufficienter constet ex
anima et carne. cur propter unam partem
dicitur caro factum est. et propter aliam non
dicitur verbum factum est anima. presertim
cum maior sit similitudo inter verbum
et animam quam inter verbum et carnem.
Quia per incarnationem significatur humilitas et
in carne vestitum quod conuenit verbo.
Animatum non significatur nisi id est anima
vegetatum quod verbo non conuenit. Verbum
enim viuificatur ab anima. sed potius
viuificat animam ut per synodochen
clamans hoc factus est id est caro et ipse factus
est caro secundum quod alibi dicitur. Effundam de
spiritu meo super omnem carnem. An quod
verbum caro fiet. prius habitabat a nobis
verbum non factum est caro verbum non habitaret
in nobis non solum per gratiam unitiuam
etiam per naturam. Hec est enim domus in
qua secundum prophetam in tribus visus est
et in hoc quod tu es ex ossibus
meis et de carne mea. Ideo

uit inhitat quos templu s. s. con
stituit. Sicut apostolus ait Templu
dei. s. e. q. e. nos. et q. ipse dicit Jo. xiiii°
Siquis diligit me ser. m. ser. et c.
Scitur dobisti mg? co insp ad esu
macione sti. Deinde cum cotansib
vbu caro factum est. Dt supbos humiliaret
et inimicos qr recociliaret. ut suos
redimeret. ut amicos initiet. Cu ei
informa dei esset no ra. ar. e esse
se eqna. d. eximaniuit se forma
servi accipiens et c. quia apostolus dicit
Domaruuit ipsa dicit abiniatu vbu
mq? abiniatu faciet dns sup tiet
Ditm mq? supbie p humiliat virtute
optme expugnari quia otraria
otrijs curant. ut quale fuit supbie
vicium. tanta foret virtus humilitatis
dicitur cum supbie tm fuit ut homo
nollet esse ut deus. Inde x pilli p
misit Eritis sicut dij scientes bonu
et malu. ergo tanta debuit esse virtus
humilitatis ut deus fieret sicut homo
Inde q? dicit apostolus Cu informa dei esset
no. ra. ar. e. esse. s. e. c. d. se exinani
se forma servi accipiens. etiam si homo
fuit et habitauit in nobis ut ho. vbu ergo
caro factum est ut daret nobis exemplum q?
qui supbi recessimus humiles redeamus
Inicium enim pecti est supbia. plsat
enim angelus peccauit in celo qui dixit
Ponam sedem meam in aquilone et ero
similis altissimo. Postea homo peccauit
in paradiso ut. ei. dictum est Eritis sicut
dij scientes bonum et malum. Sic virtus
primum in peccante. ultimum in penitente
quo accedente pcim omittit quo
recedente pecim dimitti quia quanto
specto oppugnant. tanta deo humiliam
Vbu caro factum est ut sicut deus humili
atus est p homine. dns p suo creator
peccatura humiliaret homo p deo. sicut
p dns. creatura peccatore qui qui se
humiliat exaltabitur. et ergo deus ait

supbis resistit humilibus aut dat
gratiam. Inter deum et hoiem gravis erat
in inimiciciam discordia. quia homo
peccando sum subtraxit et abstulit
deo que tradidit et subicat dyablo
Dixig? int eos ronabili. si no po
terat nisi dapnu qd intulat restau
raret. homo no inutil habebat. quod
digne deo recompensaret p dapno q?
si de ironabili redderet creatura p
ronabili sblata sba. minus esset. Sed
hoiem digne no poterat restituere. q?
instu et innocentem abstulat et nemi
ne nisi peccatorem inueniebat. Videns
itaq? deus hoiem sua virtute no
posse magnu dampnacionis euadere. p°
fuerunt hoiem p solam miam. ut
deinde liberaret etiam p iusticiam. Dt ergo
deus posset placari ab homine dedit
deus homini gratis q? homo ex debito
redderet deo. dedit ergo hoiem homi
que restitueret ho p homine ut recō
pensacio digna fieret. pori no solu esset
equalis sed maior. Et q? oportebat
esse maiorem. ut vnus p uno suffi
ciens haberetur. Ideo ita vbu caro factum
est. ut daretur hominibus homo deus.
Sicut pdixit ys. Puer natus est
nobis et filius datus e nobis. qui tm
int deum et hoiem legittime mediaret
Si enim int altius tm esset nam n. no
esset nisi q?nis. quo ita no esset ydone?
ut int eos pacis federa reformaret
Mediator aut vnius no est. ut inq?
apostolus. Et ob hoc in natiuitate x° celestis
milicie multitudo psallebat. Gla
in ex. d. e. in t. p. ho. b. voluntatis
Cumque enim est n. que fecit utique
vnum lapis angularis qui nos ex
diuisis parietibus in uno hoie copula
Poterat deus hoiem solo iubo liberare
p potentia. sed maluit eu p p?io redi
mere p iusticia ut eu no ad potentia ad

sed ad iusticiam inuitaret. Et iusticia erat
ut homo proprior(um) pene redimeret a de
bito eum ipse placando per penam que per
culpa offenderat. Nullus aut pena
sufficientem potrat ad preciu redemptionis huius
hominibus. Presertim cum quilibet esset de
bitor pene non solum ex iniquitate com
missa sed eciam ex labe cuncta. Nam
si dixerimus quia peccatum non habemus nosmetipsos
seducimus et veritas in nobis non est.
Ideo declinauit. si. i. ui. f. s. na. e.
q. f. b. n. c. ms. ad virginem. Ordinatio ...
tacio facta est ut carne mundissima que
propria esset in innuus a culpa sustinendo
pena indebita preciu redemptionis huius
deo patri persolueret. Factus est obediens
usque ad mortem ... Redempti
sumus non ... non in corruptibilibus
auro uel argento sed precioso sanguine
agni inmaculati ... sumus est sacerdos
... morte rei qui confugerant ad
ciuitates refugii ... ad
propria. Suscepit enim ... penam pro
omnibus ut daret ipse gloriam ...
ysaia testante qui ait Vulneratus est
propter iniquitates nostras attritus propter scela
nostra. Disciplina pacis nostre super eum
et liuore eius sanati sumus. Vere langno
res nostros ipse tulit et de. n. ip. por.
Carne aut assumpta non solum dedit pro
nobis in cibum ut aleret nos in vita
secundum quod ipsemet pollicetur. Panis que
ego dabo uobis. c. m. e. p. m. vita
ut sicut per cibum mors intrauit in orbe
ita per cibum uita rediret ad orbe. Sed
cum uita corporalis sine corporali cibo
non potest sustineri ita spiritualis uita sine
spirituali cibo non potest nutriri. Nisi ma
ducaueritis inquit carnem. f. h. no. h. ui
in uobis. Ideo itaque cibo sum ... qui
erat cibus angelorum secundum diuinitatem
fiet cibus hominum secundum humanitatem ut
panem angelorum manducaret homo

omne delectamentum in se habentem et
omnem saporem suauitatis ...
aut se ipsum homo ut sit depre
... edat et de calice bibat non
diiudicans corpus xpi. Sicut enim
bonus sustinendo morte acquirit
uitam malus sumendo uitam morte in
currit. Nos ergo fratres tante gracie non
simus ingrati sed redemptori nostro dig
nissimas grates pro tanta gracia re
feramus humiliter implorantes ut qui
factus particeps nostre ... faciat nos
participes sue glorie. Ihesus xpus dominus noster
qui est super o. d. b.

Nouum faciet dominus super terra
femina circumdabit virum. Jere
mie xxxi. Nouum au
tem ... septima in ... modis ac
cipitur. Nam nouum dicitur innouatum
et nouum dicitur innouatum. Nouum dicitur recens
Nouum dicitur insuetum. Nouum dicitur ulti(mum)
et nouum dicitur mirabile. Nouum dicitur
innouatum secundum illud creatum no
uo. no. ut. di. i. m. s. d. n. Nouum
dicitur innouatum secundum illud ...
celum nouum et terra noua. Et dixit
qui sedebat in throno Ecce noua fa
cio omnia. Nouum dicitur recens secundum
illud Nemo mittit nouum vinum
in utres ueteres. Nouum dicitur insuetum
secundum illud linguis loquentur nouis
serpentes tollent. Nouum dicitur ultimum
secundum Cum inceperis tunc hoc ultimum
secundum tone. Nouum dicitur mirabile secundum
illud Innoua signa et immuta mira
bilia. Nouum ergo faciet dominus super
terram quia femina circumdedit virum
... sui. Erat enim uetus ...
magnum et renouatum ... erat ...
... testamentum nouum super domum ...
et super domum iuda. non ... testa
... dedit patribus eorum cum ...
de terra egipti tunc istud impletum est

Vetustissima veterum, que mederetis et no
nis supervenientibus, iteta piracetis. Novum
nomen fecit dominus in persona. Novum fecit
in natura. Novum fecit in gratia. In persona quia
novum fecit in matre, novum fecit in prole.
In natura quia novum fecit in signo, novum
fecit in modo. In gratia quia novum fecit
in sede. Novum fecit in matre, novum
fecit in matre quia virgo pepit virum.
Stella protulit solem, filia concepit patrem,
creatura genuit creatorem, filium in virum
et filia genitricem et ancilla. Que cum
integritate pepit cum virginitate concepit.
Ut ignis in rubo, fructus in virga, ros
in vellere. Prefiguraverunt descendit cum sicut
pluvia in vellus et secundum sanctum sibi superius.
Hec est porta in domo domini clausa et
vir non est ingressus per eam. Hec est illa
que prima et sola maledictum legis
evasit. Quia dicitur maledicta sterilis in
Israel et propositum virginitatis implevit. Quin
ante quam que in ventre est et cetera. In vitro de
secundum. Novum fecit in prole quia dominus filius
est primus. Eternus filius est puer. Ex
celsus filius est parvulus. Immensus
filius est localis. Simplex filius est com
positus. Immortalis filius est mortalis.
Matris sine patre et filie sine filius. De
scendit in matrem, sed remansit in patre.
Concepit humanitate sed retinuit deitate.
Ita cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est
esse se equalem deo et cetera. Exinanivit semetipsum et cetera. Fecit verbum caro et
similis factus et habitu inventus ut homo.
Puer natus est nobis et filius datus est nobis et cetera. Ho
no est natus in ea et ipse fecit eam altissimus. Ps. Pa
tres Syon dicet homo et homo natus
est in ea et ipse filius est altissimus. Ecce
illud novum miraculosum et insuetum
quod dominus fecit super terram quod femina circumdedit
virum. Gemino uti sum. Ergo cantate domino
canticum novum quia mirabilia fecit.
Novum fecit in signo quia Christo nascente
stella magis apparuit secundum vaticinium
Balaam. Orietur inquit stella ex Iacob
et consurget virga ex Israel. Octavianus
Augustus fertur in celo vidisse virginem
gestantem filium ad ostentationem Sibille
et extunc prohibuit ne quis eum dominum
appellaret, quia natus erat rex
regum et dominus dominantium. Unde poeta:
Iam nova progenies celo dimittitur
alto. Fons olei per totum diem de taberna
emeritorum largissimus emanavit. Quia
ille nascebatur in terris qui unctus est
oleo leticie per consortes. Templum pacis funditus
corruit. Romani siquidem pace perfecta
que toto orbi sub Augusto cesare innotue
rat templum pacis insignitum construxerunt
de quo consulentes quamdiu deberet
durare. Responsum est eis donec virgo pariat.
Quod gaudentes intulerunt. Ergo est in eternum,
quia numquam virgo pariet. Sed perdidit deus
sapientiam sapientum et prudentiam prudentum
reprobavit. Quia in hora nativitatis domini eius
funditus corruit. Cum ei plena
et perfecta per totum orbem universalem habun
daret. Quia virtutem numquam contigerat neque deinceps
numquam eveniet. Creatus est deus fortis,
pater futuri seculi, princeps pacis. Unde propheta: Orietur
in diebus eius iusticia et habundantia
pacis donec et cetera. Et alius propheta: Pax
erit in terra nostra cum venerit. Ipse enim est
pax dei que exsuperat omnem sensum.
Ipse pax nostra qui fecit utraque unum.
Quoniam in ortu celestis milicie multitudo
psallebat: Gloria in excelsis deo et in terra pax
hominibus bone voluntatis. Novum fecit in modo quia in
sua nativitate modum humane conditionis
implevit. Quatuor enim modus fuit ut homo
fieret. Neque de masculo neque de femina, sicut
Adam. Secundus fuit ut homo fieret de
masculo non de femina, sicut Eva. Tercius
fuit ut homo fieret de masculo et femina
ut Abel. Quartus fuit ut homo fieret
de femina sine masculo, ut Christus. Unde
admodum mirabiliter virgo dixit ad angelum

Quomodo fiet istud quoniam virum non
cognosco etc. Et sicut tres sunt in
unitate substantie ita fecit ut tres sint substantie
in unitate persone ut sicut trinitas
personarum non distinguit substantiam ita trini-
tas substantiarum non distinguit personam
Quoniam sicut anima rationalis et caro
unus est homo ita deus et homo unus
est christus. Ecce novum illud tercium
et ultimum quod fecit dominus super terram quoniam
scilicet tunde. in. g. m. scilicet Ergo tantate deo
tantum novum quod mirabilia fecit. Novum
in fecit dominus misericordie quoniam deus in
utero virginali naturam sibi coniunxit huma-
nam in una persona sponsum representans
et sponsam dicente propheta. Sicut spon-
sum imposuit michi mitram et tamquam
sponsam decoravit me corona. In sole na-
tus posuit tabernaculum suum et ipse tamquam spon-
sus procedens de thalamo suo. Quoniam resonat epitha-
lamium cantici. Osculetur me osculo
oris sui quoniam meliora sunt ubera tua
vino fragrantia unguentis unguentis optimis
Quoniam coniungi sacramentum novum illud significat
quod propheta predixit. Vocabitur nomen
eius emanuel. Ipse namque vocatur ihesus
vocatur christus vocatur emanuel. Ihesus
secundum naturam divinam christus propter unctionem
emanuel propter utramque. Ihesus enim interpretatur
salvator secundum quod dicitur Salvabit populum
suum a peccatis eorum. Unde in cantico abba-
cuk. Ego autem gaudebo in deo ihesu meo.
Christus interpretatur unctus et ipse secundum quod
homo unctus est oleo leticie pre consortibus
suis. Unde in cantico canticorum Oleum
effusum nomen tuum. Christus enim a crismate
dicitur crisma non preparatur sine ex oleo.
Unde nomen eius dicitur oleum et quoniam ab eo
uncti fideles christiani nominantur propter hoc
oleum effusum nomen eius. Emanuel
interpretatur nobiscum deus. scilicet homo deus
vel deus homo. Ut enim inter deum et
hominem legittime mediaret inter potentes quoniam

venit parti superstitibus existeret. Sicut
est homo invisibilis gerens in una
persona naturam. Mediator autem non est
unius. deus autem est unus sicut
in unum dominus et pontifex. sacerdos et
hostia. Iudex et advocatus. Advo-
catum enim habemus apud patrem ihesum
christum qui interpellat pro nobis et ipse
est propiciatio pro peccatis nostris quoniam exaudi-
ditur in omnibus pro sua reverentia. Ipse
se rogat et ipse se ipsum exaudit
Ipse filius rogat se deum et ipse
deus se ipsum exaudit hominem. Novum
fecit in mirabile quod deus factus est homo
ut homo fiet deus. Deus de celis
ad terram descendit ut homo de terra ad
celos ascenderet. Deus factus est servus
ut homo fiet liber. Deus factus est
anime. Secundo ad glorificationem corporis ad
quos faciat nos ascendere dominus no-
ster Iesus Christus etc. De sancto Iohanne baptista sermo

Inter natos mulierum non
surrexit maior Iohanne bap-
tista. Quem laudat et glorificat dominus
laudatur et glorificatur adeo ipso testan-
te. Qui me confessus fuerit coram homi-
nibus et ego eum coram patre meo. Petrus
enim quia dixit ad Christum Tu es Christus filius
dei vivi et Christus ad eum Tu es Petrus
et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Sic
et Iohannes quia dixit de Christo Ecce
agnus dei qui tollit peccata mundi et Christus ipse dixit
de ipso Inter natos mulierum non surrexit maior
Iohanne baptista. Illi de Christo confessi sunt
veritatem. Christus de ipsis confessus est dignitatem
quia meritis confessionis dignitatis
professione meruit. Quamvis enim ex-
istat sufficit tamen prophetica quia eum
sic protestatur. Fuit enim magnus [1] ipse
destinatione [2] sui annunciatione [3] sui con-
ceptione [4] sui nativitate [5] sui persona [6] sui
gratia [7] sui professione [8] sui merito [9] sui sanctimo-
nia [10] sui dignitate [11] sui claritate [12] sui opere
[13] sui predicatione [14] sui pietate. Fuit igitur
magnus in predestinatione unde et
dicit ei loquitur in propheta Priusquam
te formarem novi te in utero et antequam
enim dominus qui sunt sui in predestinavit
suos quos per omnia temporibus ut vero nomi-
navit sicut quemadmodum dominus ipse natha-
nael sub ficu ut Philippus vocaret.

tu esses sub ficu novi te. Secundo cum
dominus novit antequam fiant. Unde de quo
dicitur specialiter de iohanne: Priusquam te for
marem in utero novi te. Secundum quod et pluribus
convenit. Tertium autem specialiter debetur.
plenius novit iohannem quia predestinavit
ei maiorem gratiam sanctitatis et ampliorem
2 gloriam in futuro. Secundo fuit magnus in annun
ciatione quia apparuit angelus zacharie
stans a dextris altaris incensi dicens: Ne ti
meas zacharia quoniam exaudita est
oratio tua. et ecce elizabeth uxor tua pariet tibi
filium et vocabis nomen eius iohannem et erit tibi
gaudium et exultatio et multi in nativitate eius
gaudebunt. Eundem angelus annunciavit
prius nativitatem iohannis quam annunciavit
nativitatem christi scilicet gabriel. Magnum
annunciat utrique miraculum et virginis
filius patris. Iohannes autem non conceptum predi
catur sed matrem ihesu non predicat conceptum
prius et conceptum. Ad zachariam prius
predicatur: pariet tibi filium et vocabis no
men eius iohannem. Sed marie predicat: ecce
concipies in utero et paries filium et vocabis no
men ihesum. quia iohannes fuit conceptus in
culpa. Christus autem vero sine culpa con
ceptus. utrumque non natus in gratia et ideo
utriusque nativitas colitur. Sed solius christi
3 conceptio celebratur. Tertio fuit magnus in con
ceptione quia conceptus est non exigente
natura sed gratia operante. Cum esset zacharias
senex et elizabeth sterilis et in diebus
suis ambo processissent. Ecce alter
ysaac natus de sene conceptus de
sterili. utrique prenunciatus ab angelo prenomina
tus ab ipso. Pater iacob qui genuit
xii patriarchas. Ille de abraham iste
de zacharia. ille de sara iste de eliza
beth. utrique de sene utrique de sterili.
utrique prenunciatus ab angelo. Nomen ysaac

iste iohannes. Sed in nativitate ysaac ait sara:
risum fecit michi dominus. quicumque audi
erit corridebit mihi. In nativitate iohannis
audientes vicini et cognati quod magni
ficavit dominus misericordiam suam cum elizabeth
et congratulabantur ei. Unde quod angelus
predixerat zacharie: gaudium erit tibi et
exultatio et multi in nativitate eius gaudebunt. Za
charias quia non credidit angelo factus
est mutus. Abraham autem quia credidit
deo reputatum est illi ad iustitiam. ysaac est
carnalis. iacob carnaliter genuit.
iohannes est spiritualis spiritualiter xii. Ille
xii patriarchas. iste xii convertit
apostolos. Ille magnus sed iste maior
quam inter natos mulierum non surrexit maior iohanne
baptista. Quarto magnus extitit in nativitate
quia de sacerdotali genere procreatus fuit.
Fuit in diebus herodis regis iudee sa
cerdos quidam nomine zacharias de
vice abia et uxor eius de filiabus
aaron et nomen eius elizabeth. Ille no
bilis de nobilibus et iustus de iustis.
quia erant ambo iusti ante deum incede
ntes in omnibus mandatis et iustificationibus
domini sine querela. Quinto fuit magnus in predicatione
quia ipse est qui precessit ante dominum in
spiritu et virtute helie parare domino ple
bem perfectam. Propter quod dominus dixit de illo: ipse
est helias ~~qui venit~~ Iste
natus prenunciavit christum adventurum. Ille
prenunciavit futurum. Iste persecutionem pas
sus est ab herode propter herodiadem mortis
cruciamentis. Iste persecutionem passus ab achab
rege propter uxorem eius iezabel. Sexto magnus
in gratia. Unde notatum est nomen eius iohannes
qui dei gratia interpretatur quia repletus est
spiritu sancto adhuc ex utero matris sue. Unde
sibi propheta dicente: Antequam
exires de vulva sanctificavi te. Prius fuit

renatus quia natus et regeneratus
prius quam generatus. Unde cum audi
vit salutationem marie elizabeth ex
1 ultavit infans in utero eius. Magnus
extitit in officio muneris quia ipse in propheticis
verbis videtur. Ego vox clamantis in de
serto parate viam domini et cetera. Ita se di
xit. Ipse convertit corda patrum in filios
et incredibiles ad prudentiam iustorum
parare domino plebem perfectam. Ipse vox
verbi, precursor iudicis, paranymphus sponsi,
lucerna solis, finis legis, ianua evangelii.
8 Magnus in merito quia vinum et
siceram non bibet. Et habebat vestimentum
de pilis camelorum et zonam pelliceam
circa lumbos eius. Erant autem locuste
esca eius et mel silvestre. Modestus
in abstinentia quia vinum et siceram
non bibit. Esca eius erat locuste et mel silvestre.
Castus in continentia quia vestimentum habebat
de pilis camelorum et zonam pelliceam
circa lumbos eius ut essent lumbi eius
precincti et lucerne ardentes in manibus eius. Magnus
2 in sacramentorum (?) lex et prophete usque ad
iohannem et ex eo regnum celorum vim
patitur. A diebus autem iohannis baptiste regnum
celorum vim patitur et violenti diripiunt
illud. Ipse est qui tenet sacramentum de
se ipso testatur. Qui habet sponsam sponsus
est. Amicus autem sponsi stat et gaudio
gaudet propter vocem eius. Propter quod alibi
dicitur. Qui post me venit ante me factus est
cuius non sum dignus corrigiam calciamenti
10 solvere. Magnus in dignitate. Ipse de
eo pater dicit ad filium. Ecce ego
mitto angelum meum ante faciem tuam
qui preparabit viam tuam ante te. Iohannes
dicitur angelus non natura sed
officii dignitate. Cuius excellentia ipsa

veritas extulit dicens. Quid ex
istis in desertum videre? prophetam. Etiam dico vobis et
plus quam prophetam. Ita et iohannes fuit
plus quam propheta. Predixit futura. Ecce veniet
post me fortior me. Et cum apostolis
ostendit presentem. Ecce agnus dei. Et
11 Magnus in prelatione sicut in persona
prophete dicitur in quodam de illo. Ecce dedi
verba mea in ore tuo. Ecce constitui te
super gentes et regna ut evellas et destruas
edifices et plantes. Nam magnus dominus erat cum
12 illo. Magnus in claritate quia
ipse erat lucerna ardens. De quo dicitur
propheta (?) testatur. Paravi lucernam christo
meo. Fuit enim homo missus a deo cui
nomen erat iohannes. Hic venit in testimonium ut testi
13 monium perhiberet de lumine ut omnes crederent per illum.
Magnus extitit in opinione
illa estimatione populi. Ne forte ipse
esset christus. Unde iohannes omnibus
dicens. Quia non sum ego christus.
Ego baptizo vos aqua. Veniet
autem fortior me post me qui bap
tizabit vos spiritu sancto et igne. Populus
estimabat illum sublimem sed ipse videt
se humilem esse dicens. Ecce
mittitur illum autem crescere. Ita qui
se humiliat exaltabitur et cetera.
14 Magnus in predicatione quia venit
iohannes in omnem regionem iordanis
predicans baptismum penitentie in remissionem peccatorum.
Facite inquit dignos fructus penitentie.
Penitentiam inquit agite. Appropinquabit enim regnum
celorum. Egregius predicator qui cum
cepit predicare ut quod [illegible]
remissio peccatorum in baptismo et penitentia
17 Magnus in passione quia propter veritatem
carcerem passus. Tandem capite truncatus
est. Baptizatus in sanguine quia baptizavit

in aqua. Est autem triplex baptismus in aqua, in lacrimis, in sanguine. In aqua regenerationis, in lacrimis penitentie, in sanguine passionis. Iste quolibet iohannes an(te) christum preparat baptizando, predicando, moriendo. Sunt natos itaque m(ulierum) n(on) s(urrexit) maior iohanne baptista. Quomodo ergo an non maior est christus qui fuit natus de muliere? secundum ipse marie ad matrem: mulier ecce filius tuus. Sed christus natus est de muliere secundum sexum non autem secundum amplexum. Natus de muliere secundum spiritum, non autem secundum masculos. Vel sub intelligitur propheta, cum dicitur alto (?) sur(rexit) maior iohanne baptista, scilicet propheta, in quo dominus ipse prenunciat. Secundo ex istis in dicto mde (?) propheta etiam dico nobis plus quam propheta. Et si christus alicubi propheta dicatur, ut ecce propheta veniet magnus. Et nunc propheta magnus surrexit in nobis. Ipse dicendus est non tam propheta quam dominus prophetarum. Unde qui autem est minor est in regno celorum maior est iohanne baptista. Sunt autem opponentes obstinatis et dubiis dimittamus plane simul et plene dicamus quod in regno celorum, id est in patria, sunt angeli eorum, qui christus ista dicebat quando non dum ascendens in altum captivam duxit suam captivitatem. Angelos autem maiores esse quam homines propheta loquens de christo testatur apostolum paulonimus ab angelis. Alii illi sunt immortales, sed isti mortales. Illi sunt impassibiles, sed isti passibiles. Illi beati, sed isti miseri. Illi triumphant, sed isti militant. Ergo tunc quam minor erit in regno celorum maior est iohanne baptista. Ergo fratres et filii qui convenimus ad celebrandam nativitatem ipsius. Si eam digne celebrare petimus, imitare debemus quem quanto maior est apud deum tanto magis pro nobis intercedat apud deum. Sed est nobis summopere providendum ut in nativitate eius gaudeamus ex terris, immaturitate eius gaudeamus in celis. Quomodo religio cogitat. Dic festum agentibus domino. Ideo est autem in puris gaude et dominus testante psalmo: Ideo est pax ex his meis a facie peccatorum meorum. Item me contra prope gemina manu a malis peccatorum ut tante solemnitatis gaudium digne celebrare possimus. Illa quam mittet ex terris et prodet in celis. Si sic est, ut dominus erit semper hic, spiritus dealbato mittit autem omnem plenam spiritus gratia creemus. Ergo fratres et filii obsecremus et singuli ut intercedente pro nobis beato iohanne baptista de gaudio solemnitatis presentis misericorditer nos perducat ad gaudium solemnitatis eterne. Ihesu christo domino nostro qui est benedictus in secula seculorum. Amen. De festo s(ancti) io(hannis) bap(tis)ta sermo 24

Elyzabeth uxor tua pariet tibi filium et vocabis nomen eius iohannem et erit tibi gaudium et exultatio et multi in nativitate eius gaudebunt. Et legimus et intelligimus ad verbale proferendum esse videlicet et gaudeo iohanne complectum quia multi quod de nativitate eius gaudebunt. Sic letantur etiam autem angeli cum triumphalem respondent in terram. Secundum triplicem nativitatem iohannis carnalem, sacramentalem, spiritualem secundum historiam carnalem, secundum allegoriam sacramentalem et tropologiam spiritualem. Sive carnalem secundum naturam, sacramentalem secundum figuram, spiritualem secundum gratiam. Est carnalem secundum naturam pariet, quod audistis in evangelio: Elisabeth impletum est tempus pariendi et peperit filium. Est sacramentalem nativitatem secundum figuram spectat

q dr ppheta altissimi vocaberis quia te
fecit in utero nevm te ad spirituale
natiuitate secundum gratiam spirat
q angelus ait spiritu sancto replebitur
adhuc ex utero matris sue. Sed ubi ei
secundum multi gaudebunt in natiuitate
iohannis non solum xpiani sed et agareni
agareni quoniam credentes ipsum esse
propheta natiuitate eius celebrant et ex
ultant. Sed aut secunda et medii huius
gaudium sunt i immices quia huius fidei sunt
expertes Gaudium istud in quibusdam partibus
hoc repraesentant puelle psallentes i cymba
lis et cimulas deferentes in aliis non
partibus primi ussa collecta ciuitates et lu
dentes ad igne. licet enim i statuto vana
sit. i tenco tamen est sana. porro secundum alle
goriam natiuitate iohannis significauit nati
tas ysaac. Nam uterque fuit natus de sene
uterque de sterili. uterque primitus et nominatus
ab angelo. Ille ysaac iste iohannes. In
natiuitate ysaac ait sarra Risum fecit
mihi dominus quicumque audierit corridebit mihi
In natiuitate iohannis audientes vicini et
cognati quod magnificauit dominus misericordiam suam
cum elizabeth congratulabantur ei. Sed
zacharias quia non credidit angelo factus
est mutus. Abraham aut quia credidit
deo reputatum est illi ad iusticiam. Abraham
aut genuit ysaac. ysaac aut genuit iacob. ia
cob genuit xii patriarchas sicut zacharias
iohannem iohannes xpm xpus xii apostolos
generauit. Sed inter xpm et iohannem gratia
cordis est ordo mutatus. Nam zacharias
genuit iohannem de muliere secundum carnem. Io
hannes aut genuit xpm ex aqua et
spiritu. Audite misterium et intelligite sa
cramentum. lex et prophete usque ad iohannem
et ex eo regnum celorum euangelisatum
est usque ad iohannem. nascebantur homines

secundum naturam ex carne. sed a iohanne re
nascuntur homines ex aqua et spiritu quod
nisi quis renatus fuerit ex aqua et
spiritu sancto non intrabit in regnum dei. Quod
natum est ex carne caro est et quod
natum est ex spiritu spiritus est. Sufficiat
modo parum de tanto plibasse quia non
omnia sunt omnibus exponenda. misterium quod
mitas aut vobis datum est nosse
misteria regni dei. ceteris aut in parabolis
Multi gaudebunt in natiuitate iohannis secundum
tropologiam omnium est qui nascere
in se dei gratiam cum merito hilaritate
susceperint et quod conuiuit deum diligit
et exaltat. pro eo de me le. sa. tamen te
Iohannes enim interpretatur gratia dei quod passim
concipitur. possessum nascitur et per possessum
mittitur. de ipso magis iohanne mater dicebat
Ex quo facta est vox salutationis tue
in auribus meis exultauit in gaudio infans in utero
meo. quia repletus fuit spiritu sancto ad
huc ex utero matris sue. Idem angelus
annunciauit patri natiuitate iohannis. qui
annunciauit matri natiuitate ihesu videlicet
gabriel. qui magnum nobis annunciat
misterium virginis et sterilis. pater iohannis
aut non conceptum perdidit sed ortum. ihesus
non pater ortum perdidit et conceptum.
Nam zacharia pater predicitur elizabeth
uxor tua pariet tibi filium et vocabis nomen
eius iohannem. sed marie matri predicitur Ecce concipies
pies et paries filium et vocabis nomen eius ihesum
Cum hic misi quia iohannes fuit conceptus
in culpa. Solus aut xpus fuit con
ceptus sine culpa. utriusque natiuitas igitur
et idcirco utriusque natiuitas colitur. sed solius
xpi conceptio celebratur. Deinde re lege
petamus exemplum quoniam in qua mini possimus
inuenire zachariam et vxorem eius

elizabeth que pet ei filiu aius no
debet notari iohes et erit sibi gaudiu
et exul. et multi i na e gau. Eliza
beth naq uxor zacharie pt intelligi
cio coplata spm. quia sicud vir te
git et castigat uxore. ita spus casti
gare debz et rege carne ne forte lasci
viat et i cadat i formacois icacii
hec pit ei filiu qn spus p carnis
offiu boni opus exercet ut si dat
elem. vestit nudu pascit esurie
visitat i firm. sepelit mortuu cu
uxor spus sicut viciis emundans
i lacubus domus sue. si sui sed no
olimar Et. hmi no debz notari
iohes vz di gra qui no sibi boni
opus dz ascribe s gre dei tm sm
qd dr apls Gratia dei su id qd su
et gra eius i me va no fuit sed
gra eius sp i me manet erit ei e
gaudiu et exultacio quia de bono
ope gaudebit. exultabit q mte
letificat et sonat eciam mlti cu
pit testiaca est. cu aut pepit mas
culu ia no meminit psure quia p
gaudiu quia natus e homo i mudu
Et multi i natitate eius gaudebut
omis vz boni qui p ximo suo co
gratulant i bono. p q mitas att
lucerat huj vita cori hoibus ut vi
o. v. bo. et glo. p. v. q e i ce. Est
g nobis summope p videdu ut q
gaudeamus extius emudiates i corpe
gaudeamus i tus exultates i mte
eciam relicte cogitacio. d. f. a. dno
No est eni i piis gaude dicit deus
no e pax ossibus m. a fa. p. mor
Et no ita pgemus anias nras a
maculis viciorz ut tate plepm
gaudiu digne celebrare possimus

ne simus ex illis qui letant cu ma
lefecerint et exultat i rebus pessis
et tenet typanu et cytharam et gau
dent ad sonitu organi et i puncto
ad inferna descendunt. s possi pocius
simus ex illis qui i gdint i loca ta
bnaculi admirabilis usqz ad dom
di i voce exultacois et gfessio so9
epu pante dno n. ic. xo q e s.
o. d. b. i ss. Ame. de sco io bapta sermo 3

AB Diebus iohanis bapte
regnu celoz vim pati
et violenti diripiunt i
d. Mirum fortasse vide aliquibus si regnu
celoz p violencia rapiat Et miz
pfo videri no pt hmo qm p regnu
celoz mebra cu viciis et gcupiscis
crucifigut qui p dura iura custo
diunt vias duras qui abnegant se
metipos ut xm sequat et ppria
arta i cedunt q dnit ad vitam Nequa
tam sibi vim facit. quata inrogat
violencia quanta pugna mediat q
cu sit dives ex seclo facit se paupem
p dm et eligit esse abiectus ad domo
dni q. h. i t. p. Caro cupe contendit
natura repugnat. gsuetudo resistit
Et vincat gra supat spus ratio
dnat. cu illud diligent attendit
q hoc viciu repmittit. Beati paupes
spu q. ip. e reg. ce. Felix gflictus
bta pugna pbn gloriosum certando p
adipiscet dn. re. ce. spus carnem
dmat g pugnat contra nam
ut vincat ut sepet ut triumphet
no pt hoc bellu sine magna virtute
sine grani difficultate sine multa
violencia exteri. homo siquidem i
diviciis enutritus paupertate abhorret
divicias amplexat qa paupertas e
dura et divicie sut suaves Verumq

qui iam didicit iugu xpi porta-
re amat i opia diuicias vilipendit
sciens q diuicie pungunt aiam et
corpus dissoluunt · edoctus ab illo
qui diuicias vocat spinas quia
pungunt · lacerant et affligunt · que
sine labore no acquirunt · sine timore
no possident · sine dolore no amittunt
et ideo beati paupes spu · qm ipsorum e
regnum celorum · Talis fuit Iohes bap
qui mundu cu deliciis deseruit · heremu
cu paupertate acquisiuit · qui erat i de-
serto loco usq i diem ostensionis
sue ad isrl · Nolunt sacerdotia sumi
pre · ut sacerdotales et legales p-
uentus rapiant ut decimas et pmi-
cias optineant · qui ut ea acciperet
omnia dimisit et ideo recte dicit q
a diebus iohis bap · regnu celorum vim patit et
vi · ra · ca · qm ut h' fieret iohes ppriam
i se ipso monstrauit exem · Cu at sine
causa quis sustinet i iuria suscipit
contumeliam · sentit iacturam si pp regnu
celorum no pro ascendit i ira · no rapit i
furore no attendit vindicta · pfecto
magna vim facit sibi multa irrogat
violentia grandem et graue coactionem
infligit · huius tam fortis est uirtus
tam uirtuosa fortitudo ut seipm ipse
vincat victore cu supat semet
ipm quia melior eam salomon melior
e sapiens viro forti et qui dnatur
animo expugnatore urbium Inhic
sine duello is vincit qui pacienter
i iuria tolerat pximi et is vincit q
patitur i iuria pp deu · In hoc qui mitis
ait Impacia via pos ii nimis viuis
Talis fuit io bap · qui pnitencia p
pessus e carcerem et tandem p iusticia
capite detruncatus tollamit no minimas

no reluctans quamuis talis esset
talis ut eu herodes metuerit sicut
euuangelista testatur · et ideo recte dicit
q a diebus iohis bapte regnu ce-
lorum vim patit · et in · ra · ca · illud pphos
ppriam i se ipso monstrauit exem
est et aliud genus lucte i quo quide
oportet tantus reluctari qui videlicet
fauoris aura de nichil ponim laus
applaudit · adulatoris lingua bladit
ne rapiat se i altu · attollat ad
summu erigat i excelsu · se i flore
se reputet humiliore exhibeat
minore ostendat eius cauit quem
pconia no expulerent et extollet
oppia no deiciant et constat ele
uat hoc fiat uictoria e modestia q
molesto modo elacionis cohibeat
et prudenti excessu arrogancie
modet · ut capiunt i tmis petrois
olem no i pingnet talis fuit
iohis bap · qui cu putaret ab hoibus
xpus esse noluit tamen consenciari
acquiescere fame ut excederet mame
sup se · sed tamen fama noluit ac-
quiescere · ostie ut subsisteret naui
tamen se · unde cu homines pdica
rent eu esse sublime xpm cu cre
credentes · ipe uidit se humilem
Non sum inquiens ego · sed post me
venturus e · qui an me factus e · cuius
no sum dignus cal · sol · Et io recte
dicit q a diebus io · bap · regnu ce-
lorum vim pacit · et in · ra · ca · ut h' fieret i
se ipsum monstrauit exem · Eius
dica de gula · Cum icferat de luxuria
qm difficile sit gulosum abstinencie
freno restringi · quia graue luxurioso
abstinencie cingulo coartari cu sit

multo molimine non valeat carnale
concupiscentie incendium extinguere. familiaris
est hostis et ideo facilius vincitur
non fugit sed semper nobiscum est contra spiritum
etiam vitiis est in lumbis eius et
fortitudo eius adversus ipsum hoste
eius est nona pugna. quia cum
fugitur tunc fugatur. Tertio genere regni
ro. paupertatem amplecti et castitatem
sectari. a cupiditatibus abstinere et continere
ab illecebris. hic contra se ipsum sibi vehe-
mentem vim facit gravem pugnam in-
ducit cum caro concupiscat adversus
spiritum et spiritus adversus carnem. et ubi
maior est lucta ibi prosior est corona
et ubi gravior est conflictus ibi glo-
rior est triumphus. Talis fuit Io-
hannes baptista qui contempsit delicias sprevit
cupiditates et illecebras evitavit castus
pauper et modestus. Sepe tamen est contra
de illo qui habebat vestimentum de pilis
camelorum et zona pellicea circa
lumbos eius esca autem eius erant
locuste et mel silvestre unde mani-
feste   vitas testimonium est quid
in quo existis videre in deserto hominem
mollibus vestitum ecce qui mollibus
vestiuntur in domibus regum sunt. Et
quid existis videre prophetam etiam dico
vobis et plus quam prophetam. Amen dico
natos m. n. s. m. io. b. et ideo
etiam dicitur quod a diebus io. b. etc. ec.
vim patitur et m. d. il. quam ut h.
fecit iohannes baptista per spiritum in se ipso
monstrans exemplum. Sed quia difficile
consuetudines inveteratas consuetudinem in
mutare. Per certi de dulcibus ad
amara. de placidis ad molestia
de prosperis ad adversa transire quanta

vim faciat contra se ipsum sibi quis. ubi transit
de epulis ad ieiunium de sponsalibus ad vigi-
lias. de otiis ad molestias de deli-
ciis ad miseriam. de requie ad labo-
rem de gaudio ad lamentum de liber-
tate ad servitutem. experto crede magistro
est. et alia pugna domestica quanto
familiarior. tanto gravior vel periculosa
videtur. quia contra proximos agitur
ut teneantur et allidantur ad petram
omnes enim malarum cogitationum vitare
possit ipsum quae cogitationes in cor-
de non perveniant nec mente movere pos-
sunt. Iuvenes volucres quas
Abraham a sacrificio abigebat Ideo
est utique in homine perfecte ne fugat
ut sit in homine in iure non cessant contra
pravis vehementer affligunt adulte-
riis multa molent. primos quippe motus
non possumus non sentire. quibus tamen non
consentire possimus. Sepe tamen obsce-
ne cogitationes contra homines nolentes
incipere ut sine pudore cogitare non
possint aut taceamus de illis que
vane sunt et prophane non possunt sine
multo conamine maximae prudentiae de
cordibus excludi. Magna vim faciat
sibi quod s. ro. ec. est uno faciendum
De illo namque papa dicit diligite inimicos
vestros luce h. q. ode. n. et o. p. pse
et ca. n. de isto madatur. Si quis ve-
nit ad me et non odit patrem suum et
matrem suam et uxorem et filios et fratres et so-
rores adhuc autem et animam suam non potest esse
meus discipulus. Tertius est pugna
satis grandis est mediocra qui contendunt
ad invicem carnalis et spiritualis affectus
Si spiritualis vincit in hac pugna car-
nalem. tunc utique nacte fere ut
matulos domi relinquant planstrum

nouum tenentes quod acta dum super in
portam sibi portat i. directa pre
dicit prima que ducat bethaniem et
vno itinere comedunt, proficientes et ingre
dientes vt vir ad dexteram vir ad sinistram
declinet actibus quo regnum celorum vim
patitur et hominum illud molesti diripi
unt per violenciam quam inferunt sibi
ipsis vt demonijs insurgat ad virtutes
regnum celorum obtinere merentur. Et tam
a diebus Io. bap. non solum pro racione supra
replicata. sed quia lex et prophete usque
ad iohannem et ex eo regnum celorum euuangeli
ca. lex quidem mosaica temporales diui
cias promittebat. Unde mitas ait
Dabo vobis terram fluentem lac
et mel. frumentum vinum et oleum
rore et ymbre temporibus suis. Sed
lex euuangelica temporalem paupertatem indi
cit. Si vis inquid perfectus esse vade
et vende omnia que habes et veni et
sequere me. quia nisi quis omnibus re
nunciauerit que possidet non potest esse
meus discipulus. lex mosaica redde
bat malum pro malo. maledictum pro ma
ledicto. oculum pro oculo. dentem pro dente
talionem pro talione. Sed lex euuangelica
reddebat bonum pro malo. benedictum pro
benedicto maledicto, si percusserit te quis
in vnam maxillam prebe ei et alteram
Si abstulerit tibi tunicam. da ei et
pallium. si angariauerit te mille pas
sus vade cum eo alia duo. lex mo
saica inducebat coniugalem copulam
maledictus inquid homo qui non reliquit
semen in israel et maledicta sterilis que
non parit. Sed euuangelica virginale pu
dicitiam persuadet. Sunt inquid eunuchi
qui castrauerunt se propter regnum celorum. qui potest
capere capiat. Omnia quidem ista

sed diligentibus leuia reputantur et
caritas suauiat vniuersa. Veritate in
quod omnes ad me qui laboratis et
onerati estis et c. ve. u. et venite tollite
iugum [illegible] nuis. iugum enim meum
suaue est et onus meum leue. Item
lex per moysen data est gratia et ve
ritas per xpm facta est. a diebus ergo
iohannis bap. regnum celorum vim patitur et vi
olenti id est plane diripiunt et violenter
adquirit et hanc violenciam patitur. de
libenter inferri. quod non solum quo ad
spiritualibus verum eciam in portunis cla
moribus ad precanda beneficia reclama
tur. quemadmodum in euuangelio sequitur
docet. quod si amicus qui petebat
tres panes accomodari perseuerauit
pulsans. dico inquid vobis et si
non dabit illi surgens eo quod
amicus eius sit propter importunitatem
tamen eius surget et dabit illi quot
quot habebat illi necessaria. Vide quod
deus importunis precibus exora
ri vult cariosius requirit quod quasi
sint per violenciam importunitatem
extorqueri. Sic [illegible] angelus qui
cum iacob luctabatur coactus fuit
vt benediceret ei. dixit quod cum an
gelus ait. dimitte me. iam enim
ascendit aurora. Respondit iacob. Non
dimittam te nisi benedixeris michi.
Ait ille. quod est nomen tuum. quod iacob ap
pellabitur. nequaquam nomen tuum sed israel erit.
Si enim contra deum fortis fuisti quanto ma
gis contra homines preualebis et
benedixit eum in eodem loco. porro
si [illegible] fiunt per veteris testa
menti. Tunc dicit quod a diebus iohannis
bapt. regnum celorum vim patitur et violenti
et cum tempus iohannis ba. regnum celorum
quasi fuit [illegible] violencia qui
despexere diuicias vitauerunt
illecebras et delicias contempserunt

Sed per tonices punissas ca etiam q[uest]i
one dicit quia quod tunc fiebat ra
ro apparencius nunc fit frequenter amplius
qui talia attendunt et statim
simulta frequencia et in sanctitate arc
te tunc sunt quod in ipsis manifestum est in
tueri qui dimissis omnibus propter deum
abnegant semetipsos item tollen
tes ut xpm sequuntur. Satagamus g[rati]o
sicut bonum propter regnum celorum ymino
bis ipsis inspirare ut abnegantes im
pietatem et secularia desideria sobrie et
iuste et pie vivamus in hoc seculo expectantes
beatam spem et adventum glorie magni
dei quod patribus et matribus beati Io baptiste
nobis prestare dignetur dominus ihesus xpus
qui cum ... in secula amen. (De sancto petro et paulo apostolis ...)

**Duc in altum et laxate retia
in capturam.** Cum ihesus asce
disset in unam navem que erat
symonis et sedens docebat de na
vi turbas ut loqui cessavit dixit
ad symonem Duc in altum et laxate
retia in capturam. Cui symon dixit
Preceptor per totam noctem laborantes ni
chil cepimus. In verbo autem tuo laxabo
retia. Et cum hoc fecisset concluserunt multi
tudinem piscium copiosam. Si aliquando inter
sunt ipsi intra. per fretum mare est totum
seculum de quo loquitur. Est mare magnum
et spaciosum illic retia etc. Sicut
enim mare est propter turbulentum et amarum
ita seculum in amaritudine propter tunc tribula
tione consistit. Ubi superbia enim pax est
et securitas, ubi superbia requies et tranquil
litas sed ubique tremor et timor ubique
labor et dolor. Et mundus enim ubique
in maligno positus est. risus dolore
miscetur et extrema gaudii luctus
occupat. Et ideo quod clamat apostolus
Infelix ego homo quis me liberabit

de corpore mortis huius. Et psalmista dicebat
Educ de carcere animam meam. Ambo nascitur
ad volatum et homo nascitur ad laborem
Cuncti dies eius laboribus plen sunt
et erumpnis nec per noctem requiescit mens
eius. Occupacio magna creata est omnibus
hominibus et iugum grave super filios
adam. A die exitus de ventre matris eorum
usque in diem sepulture in matrem omnium. In
mari maiores pisces minoribus devo
rantur et in seculo maiores homines minori
bus opprimuntur. Qui devorant in quid
plebem meam sicut cibum panis. Deum non
invocaverunt etc. Venacio leonis onager
in heremo. sic pascua divitum pauperes.
Eundem deludunt reges plectuntur achivi
Altitudo maris istius de qua dominus
ait ad petrum Duc in altum est roma
que primatum et principatum super universum
seculum tenebat et optinet quia in tantum
divina dignatio voluit exaltare
et cum tempore paganitatis sola domina
super omnes gentes fuit. Xpianitatis
quoque tempore sola magistra est super
fideles universos. Dignum quod providit
deus et congruum. Sed congruum providit et
dignum ut ille qui erat princeps sede
care constitueret apud urbem que tenebat
seculi principatum. Et ideo dominus in qua ad
petrum Duc in altum, quasi diceret Vade roma
te quod terius transfer ad urbem et laxate
ibi retia in capturam. Certe liquido patet
quantum deus urbem istam voluit honorare
ut eadem esset sacerdotalis et regia im
perialis et apostolica obtinens et exercens
non solum super corpora dominium. Verum etiam
magisterium super animas longe multo
maior et dignior auctoritate divina
quia olim potestate terrena pro illa licet
illa etc. etc. Que ista orbis terrarum regens
habenas etc. non tamen dignitatis honor- duc in altum / Vade Romam

vel potius tanti honoris dignitas
ad aliam civitatem quamcumque transferret sed
in hac urbe iuxta dispositionem divinam
preciosa lege manet. cum petrus per-
secutione fugiens in fidelium urbe exiret
ei dominus iuxta urbem apparuit cui cum pe-
trus dixisset, domine quo vadis. respondit
vado romam iterum crucifigi. quod petrus
intelligens dictum ut scilicet capud crucifigere-
tur in membro. rediit statim ad urbem quam
tandem in duris patibulo sanguine suo con-
secravit. Corpus autem petri beatissimi
pauli una cum singulare premittatur. dicitur
de alto. plurali numero dici. et laxate re-
tia in capturam quam solus petrus
tamquam universalis princeps ecclesie in alti-
tudinem supreme prelationis ascendit
Sed ipse cum paulo retia predicationis
ad capiendos homines in urbe relaxavit
et quidem non sine divina providentia
credit dispensatum ut ubi duos fratres
secundum carnem, Remus scilicet et Romulus qui
urbe ista corporaliter condiderunt honora-
bilibus iacent tumulati sepulcris. ibi
duo fratres secundum fidem qui urbe ista
petrus scilicet et paulus spiritualiter funda-
verunt. gloriosis constant basilicis tu-
mulati. petrus circa portam ubi se-
pultus est romulus. et paulus extra
ubi remus est tumulatus. ut sicut inde
locati civitatem istam suis protinus
dicantur. unus quod dixit laxati sed
ambo laxaverunt retia in capturam pisca-
tionis. Sunt non navis ecclesia. mare seculum
altitudo roma. Sunt retia in intelligitur
predicatio. retia namque de diversis filis
et cordis connectitur. et predicatio de di-
versis auctoritatibus rationibus et exemplis
conformatur. Debet enim prudens predicator
secundum diversitatem non et personarum
mare sermonem ut modo loquatur de
delicatiis modo de moribus quandoque
de premiis. quandoque de penis. aliquando de
misericordia. aliquando de iustitia. interdum sim-
pliciter interdum subtiliter. Quandoque historiam
quandoque allegoriam. quandoque anagogen secundum
tropologiam. per auctoritates et rationes
per similitudinem et exempla ut singula quasi
locum teneant propria decenter. Ista sunt
fila ista sunt corde quibus retia connecti-
tur in predicatione confirmatur. Docet hoc egregius
predicator qui de se ipso sic ait. Sapientibus
et insipientibus debitor sum. Sic nobis autem non
iudicavi me scire aliquid nisi ihesum
christum et hunc crucifixum. et item Ego potui
loqui nobis quasi spiritualibus sed quasi
carnalibus tamquam parvulis in christo lac
nobis potum dedi non escam. Verbis
autem ut pisces volucres et bestie
capiuntur. sed pisces capiuntur in aqua
volucres in aere. bestie in terra capiun-
tur. Pisces intelliguntur luxuriosi. volucres
superbi. bestie violenti. Cum ergo predi-
cator sermonem format contra luxuriam
contra superbiam et violentiam inducens
auctoritates et rationes. similitudines et
exempla ut revocet luxuriosos ad continen-
tiam. superbos ad humilitatem viole-
tos ad mansuetudinem tunc utique laxat
retia predicationis ut accipiat pisces
in aqua volucres in aere. bestias in
terra et captos non mortificat sed vivi-
ficat. non occidit sed alit. non despicit
sed custodit. Hec igitur retia beatissimi
petrus et paulus laxaverunt primitus in
capturam per quorum predicationem roma co-
versa est ab errore ad veritatem. cuius
adiutores omnes quos hos beatos apostolos
debet venerari quia sed hos vero primos
et precipuos. quasi patres et patronos
ipsius spiritualiter debet et principaliter honorare
quamvis cetris minus et pares adiuncti

ita quod salubriter consuletur in tribus ut
tandem feliciter veniret in michelis presente
domino nostro ihesu christo etc. secundum hoc fuit de eadem

Interrogabat ihesus discipulos
suos dicens quem dicunt ho-
mines esse filium hominis etc. Quia
corde creditur ad iusticiam ore fit autem
confessio ad salutem. Ideo dominus interroga-
bat discipulos suos non quod ignoraret aliquam
qui novit omnia sed ut ipsa inquisitione
actionem affirmaret et confirmandi fide
et recommendandi confessione. Unde cum
petrus dixisset Tu es christus filius dei
vivi. statim dominus confirmans fidem inquit
Beatus es symon bariona quia caro et
sanguis non revelavit tibi sed pater meus qui est in celis
Ac deinde confessionem recommendans
intulit Et ego tibi dico quia dicit
facte est Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam
meam et tibi dabo claves regni celorum. Primus
tamen de aliorum opinione quesivit ut eorum
reprobaret errorem quia non est perfectus
exstitit quem dicunt homines esse
filium hominis. Manifeste nobis exem-
plum tradidit ne simus conscientia sola contenti
sed de fama nos solliciti ut et conscientiam
proximo addentes et famam proximo adhibentes
dissuadeamus etc. ut studeamus firmare
scientiam quia melius est bonum nomen
quam divicie multe. At illi de aliorum
opinione interrogati dixerunt alii iohannem
baptistam alii heliam alii non ieremiam
aut unum ex prophetis. pro eo namque quod christus
baptizabat putabant homines sed
errabant suscitatum esse iohannem baptistam ut
unum de duobus prophetis qui transeuntes
iordanem per signum baptismi id est helias
et elizeum. ieremiam non quia legitur
suscitatus in uno sed quod potuerunt era-
re doctis quemadmodum errabant
de iohanne. Sic est in textu iohannes baptista quasi sicut ex-

mortuus. ac si diceret vos qui non
estis carnales sed spirituales ut merito
debeatis iam non homines sed dii appellari
sicut habetur in psalmo Ego dixi dii estis
et si ergo quem me esse dicatis pru-
denter interrogat et distincte ac si
diceret manifestum est homines de filio hominis
ita sentiunt. Vos autem de me quid sentitis
sed quid possunt homines facti dii sen-
tire de deo facto homine. Hic quod petrus
primus et precipuus inter omnes respondit pro
omnibus dicens Tu es christus filius dei vivi
quasi non iohannes baptista in carcere decollatus
aut christus non helias in paradiso translatus
filius dei vivi quasi ieremias quinimmo
a mortuis suscitatus dei vivi non unum
ex prophetis in numero annulatus videlicet
Respondens autem ihesus dixit ei Beatus
symon bariona quia caro et sanguis non revelavit
tibi sed pater meus qui est in celis. Bariona
est nomen hebreum compositum ex integro quod
est bar id est filius et corrupto quod est iohan-
na id est filius iohannis. Sane tria nobis
commendata in beato petro significari quedam
prerogativa continebat felicitatem digni-
tatem et potestatem. De felicitate premittitur
Beatus es symon bar. quia caro et sanguis non
revelavit tibi sed pater meus qui est in celis. De dignitate
subiungitur Tu es petrus et super hanc pe-
tram edificabo ecclesiam meam et porte inferi non prevalebunt adversus
eam. De potestate supponitur Tibi dabo cla-
ves regni celorum et quodcumque ligaveris super
terram erit ligatum et in celis et quodcumque solveris super terram
erit solutum et in celis etc. Beatus es gratia sed nunc
merito tandem premio nunc spe tandem
re. et nunc beatitudine mentis tandem beatitudine
presente. etc. beatitudine ... quia caro
et sanguis id est carnales ... sapientia carnis
inflatus non revelavit tibi sed pater meus
qui est in celis. qui celestes mentes in-
spirat ut eas lumine veritatis illustret

Barnona

Commendatur: felicitate, dignitate, et potestate

Respondit enim [ei] a principalibus tribus casti cum parvulis. Carnalis est petrus non simplicibus sed spiritualis. Unde dicitur Symon quod interpretatur obediens. Bariona id est filius iohannis quod interpretatur gratia dei. Quia initium obedientie de gratia divina procedit. Beatitudo illa potissimum in cognitione et dilectione consistit id est in fide et caritate quarum una inter virtutes est prima, reliqua non principalior de fide namque dicitur fides est substantia rerum sperandarum argumentum non apparentium. Ecce fides est prima. De caritate non idem apostolus ait. Et alibi ait: Manet fides spes et caritas, maior autem horum est caritas. Ecce caritas est principalior de fide legitur: Sine fide impossibile est placere deo. Quia iustus ex fide vivit. De caritate dicitur: Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum caritatem autem non habeam nichil mihi prodest. Ecce utraque est necessaria. Item de fide dominus ait: Fides tua te salvam fecit, vade in pace. Et apostolus: Noli putare. Item dicitur de caritate: Quia sibi commisit oves. In commissione clavium de fide interrogans requisivit: Vos autem quem me esse dicitis. Et petrus respondit: Tu es Christus filius dei vivi. Et in commissione ovium de caritate requirens interrogavit: Simon iohannis diligis me plus hiis. Et ille respondit: Domine tu scis quia amo te. Et de fide tamen interrogans requisivit quia unus est deus una fides unum baptisma. De caritate non requiritur tertio sed interrogavit quia tres debemus ex caritate diligere deum nos ipsos et proximum. Diliges dominum deum tuum ecce primum. Et sicut te ipsum ecce secundum. Diliges proximum ecce tertium. Et ter requisivisse apparet: Symon iohannis diligis me plus hiis. Et ille respondisset: Domine tu scis quia amo te. Tertio quoque precepit: Pasce oves meas ac si diceret: Pasce verbo, pasce exemplo, pasce presidio. Verbo predicationis exemplo bone conversationis presidio defensionis. O pastor bone. Pastor sancte pastor egregie qui animam tuam posuisti pro ovibus tuis sicut dominus ipse predixit: Cum esses iunior cingebas te et ibas ubi volebas. Cum autem senueris extendes manus tuas et alius te cinget et ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit significans qua morte esset clarificaturus deum. Unde talibus sibi ait: Sequere me. Quasi diceret: Sequere me in genere mortis scilicet in patibulo crucis. Claves autem credentes quod sunt de fide quia claves non nisi fidelibus conceduntur. De quibus in fide qui male sentiunt in presenti male utique sentiet in futuro. Qui enim qui non credit iam iudicatus est. Oves non committes. Interrogavit de caritate quia non est pastor sed mercenarius qui pascit oves cupiditate lucri non ob amorem dei. Carnalis enim et quanta fuit fides petri super apostolos vivis indicavit. Cum est in quo filius dei vivi. Et corde creditur ad iustitiam ore autem fit confessio ad salutem. Duas confitetur in Christo naturas et una persona. Et humana et divina. Tu es Christus quod interpretatur unctus. Secundum quod dicitur ei in apostolo: Unxit te deus tuus oleo letitie pre consortibus tuis. Et relativa divina cum ait: Filius dei vivi. Non enim potest quis naturaliter esse filius alicuius quin habeat naturam ipsius, quia sicut non potest esse filius hominis nisi homo, ita non potest esse filius dei nisi deus. Unde pater inquit ad filium: Ego hodie genui te. Eius quod

desina et patris unitate. Secundum naturam
humanam minor erat. Ego et pater unum sumus
Porro sicut in patre et filio est
diversitas in naturis sed unitas in persona
Et sicut anima rationalis et caro unus
est homo, ita deus et homo unus est Christus
propter quod Petrus videns Tu es inquit Christus
non Christi. Tu es filius non filii quia qui
erat in deitate dei filius idem ipse factus
est in humanitate hominis filius. Quia natura
nomen est generis, persona vero nomen est
generis non nature. Cum ergo dicit distincte
non alius quam ista prendo prophete
nemet. Non multi dicentes Ego sum
Christus qui de ipso negabant et non sum in eos
ego Christus. Sed qui descensum est super os
eo. Tu es ergo Christus id est unctus non unctione
humana. Sed quam ista sunt ipsi quod licet
nolite tangere christos meos sed unctione
divina secundum quam unus tamen est Christus quia
unxit te deus deus tuus oleo letitie pre consortibus tuis
propter quod ipse per prophetam dixit Spiritus domini
super me propter quod unxit me evangelizare pauperibus
mi: mi. Filius non adoptivus sed verus
quia dominus dixit ad me Filius meus
es tu ego hodie genui te. Vivi non es tu filius
hominis sed etiam filius dei non utique
mortui sicut dii gentium qui os habent
et non loquentur oculos habent et non vi-
debunt. aures habent et non audient. manus habent
et non palpabunt pedes habent et non ambulabunt. Tu
es Christus filius dei vivi qui vivis in
secula. Indicatis unitas in quo vivimus
movemur et sumus. Hanc tandem fidem
inutilla passus est dominus temptationem de
fide unde tibi in passionis articulo
beato Petro dixisse Symon sathanas
expetivit vos ut cribraret sicut
triticum. statim adiecit. Sed ego rogavi
pro te ut non deficiat fides tua et

tu aliquando conversus confirma fratres tuos
Licet enim aliquando dubitaverit quia quod cum
dominus eum temptavit. Modice fidei quare
dubitasti. Verumtamen fides in sua soli-
ditate permansit, statim cum de periculo pelagi
periclo liberavit. Hec vera fides et sancta
non de figmento processit humano sed
de revelatione divina. unde Christus in-
tulit dicens. Beatus es simon bar io-
na quia caro et sanguis non revelavit tibi sed pater meus qui est
in celis. Super hanc fidem ecclesia est Petro
in fundata. Propter quod dominus addidit
in necessario. Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Dig-
nitas in duobus et ex duobus attendi-
tur. s. beatissimus Petrus et fundamen-
tum est et caput ecclesie licet enim Christus
sit primum et principium fundamentum
de quo dicit apostolus fundamentum positum
est preter quod aliud poni non potest quod
est Christus Ihesus. est tamen secundum et secundaria
fundamenta videlicet apostoli et prophete unde
quod in quo apostolus super edificati super
fundamentum apostolorum et prophetarum. De quibus
alibi dicitur: in prophetam fundamenta eius
in montibus sanctis. Inter quos beatissimus
Petrus est primus et precipuus quod significatur
ideo dicitur. Tu vocaberis cephas.
cephas enim licet secundum unam linguam
interpretatur petrus secundum aliam tamen petrus
secundum tamen aliam est caput. Sicut enim ple-
nitudo sensuum consistit in capite
in ceteris autem membris pars est ali-
qua plenitudinis ita ceteri vocati
sunt in partem sollicitudinis. Solus autem
Petrus assumptus est in plenitudinem
potestatis. Unde cum dominus omnibus simul
apostolis loqueretur universaliter ait Quorum
remiseritis peccata remittuntur eis. Cum autem
soli Petro loqueretur est specialiter dixit
Quodcumque ligaveris super terram erit ligatum et in celis etc. et quia
Petrus potest ligare ceteros non potest ligari
a ceteris ut potestate primus et summus magi-
ster et princeps ecclesie est et si omnes apostoli
simul dicuntur fuisse legati hic posse

† =

de plenitudine potestatis. hinc est quod cum
sit dictum aliis: laxate retia in cap-
turam. Evangelista tamen dictum est petro:
duc in altum, et tamen postquam rete venisset
in navigio adduximus. Solus petrus
per se sola tunica succinxit et misit se in
mare. Ex hac nova nominis impositione tra-
cta ut cum petrus successor eligitur
novum ei vocabulum imponatur. Sed
solet queri quando fuit ei hoc nomen impo-
situm. nam cum simonem intuitus eum ihesus dixit:
Tu es filius iohanna, tu vocaberis
cephas quod interpretatur petrus. Vel cum simoni
mattheo dixit ei ihesus: Tu es pe-
trus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. sed ibi hoc magis
confirmasse videtur. alia illi tu es nova-
bis. hic non tu es. Unde absque dubita-
tione tenendum est quod in electione fuit ei
hoc nomen impositum sicut marcus testatur
et imposuit inquit simoni nomen petrus
iohanni et iacobo imposuit nomen boaner-
ges. et porte inferi non prevalebunt ad-
versus eam. et vitia [?] et peccata que ad
inferos inducunt quia nec prosperitas
nec adversitas enim ullomodo potest eam
iuxta quod veritas ait. flaverunt venti
venerunt flumina et irruerunt in illa et non
cecidit fundata enim erat supra firmam
petram. et porte inferi non prevalebunt ad-
versus eam. Et tibi dabo claves regni
celorum. Potestas autem petri in duobus
maxime commendatur scilicet in absolutione
peccatorum et operatione miraculorum. Licet
enim commune est aliis dimittendi peccata
potestatem accepit alio tamen singulari
causa. solus legitur interrogasse ihesum: Si
peccaverit in me frater meus dimittam ei
usque septies. et ei solus legitur respondisse
ihesus: Non dico tibi usque septies sed usque
lxxvii. Septenarius enim universitatem

est numerus. et quia omne tempus septenario
numero comprehenditur. Septenarius ergo septenarius
numerus per se ipsum multiplicatus nihil
aliud significat nisi universorum omnium
peccata. Sit ergo soli petro promittitur
ut si peccaverit in se frater suus dimit-
tat ei non tantum septies sed usque septua-
gies septies quia solus petrus in-
tia [?] universorum universa permittere pecca-
ta. alia et sunt quedam peccata quorum ab-
solutio soli petro est reservata. Hic
est qui tanta virtute pollebat ad fa-
cienda miracula. de ipso legitur et au-
gebatur virorum ac mulierum multitudo
credentium in domino ita ut eis in plateis
eicerent infirmos et ponerent in lectulis
et in grabatis ut veniente petro saltem
umbra illius obumbraret quemquam illorum et
li[?] ab infirmitate. Concurrebat et multitudo
vicinarum civitatum iherusalem afferentes
egros et vexatos a spiritibus immundis
qui curabantur omnes. Unde hic non impletum
est quod veritas ait: credit in me opera
que ego facio et ipse faciet. Una
quidem est clavis que claudit et
nemo aperit, aperit et nemo claudit.
Petrus duas claves commisit prima illa
excellentissima fide qua in nos Christum [?]
recognovit. Petrus ergo per claves ac-
ceptas claudit et aperit. claudit cum
